

7. 3

DE
CONSTITUTIONE
MAGISTRATUS SUMMI
PER SUCCESSIONEM,
EXERCITIUM
HISTORICO-
POLITICUM,

AD MODERNUM REIPUB. SVECANÆ
STATUM OBITER ACCOMMODATUM:

In quo

DE CAUSA MAGISTRATUS,
Quod videlicet a solo DEO tantum dependeat;

Tum etiam

EJUSDEM NECESSITATE, ET UTILITATE, SUMMAq;
MAJESTATE, QVO JURE, QUAVE AUTORITATE
OMNIBUS IMPERET;

Simul ac

DE PRÆROGATIVA SUCCESSIONIS
PRÆ ELECTIONE;

Ex scriptis HISTORICO - POLITICORUM simpliciter disquiritur:
SUB PRÆSIDIO

VIRI *Præclarissimi ac Pl: Reverendi,*

Dn. Mag. ANDRÆ WANOCHII,

Phil. Pract, & Hist: Professoris Ordinarii,

Quod,

S. S. Triados auxilio,

LAURENTIUS CARPERAN / C.F.

In Celeberrimâ Aboënsi Academiâ,

Placidæ sententiarum collationi modestè submittit,

In Auditorio Maximo, horis consuetis, die 22 Aug. Anno 1688.

ABOÆ, Excudit JOHANNES Winter / Reg: Typogr.

MAGNI
REGIS MAGNO FILIO,
MAGNOQVE PRINCIPI AC DOMINO,
DN. CAROLO XII.

Svecorum, Gothorum, Wandalorumq;
&c. &c. &c.

PRINCIPI HÆREDITARIO,
Domino Clementissimo

EXERCITIUM HOCCE ACADEMICUM,

De

MAGISTRATU HÆREDITARIO,

In devotissima venerationis & sempiterni obsequii
indicium sacrum esto.

SERENISSIME PRINCEPS,
Regis Augustissimi Patris Pulcherrima Idea,
Regni Arctoi unicum solatium, expectatio gentium,
Imperii gloria!



Vemadmodum Principem Astrorum, Solem, nativa
radiatorum prodit serenitas; eâdem ferè ratione
SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS fulgor sui lumi-
nis jubare se à tenebris vindicat: ut quicquid præ-
clari Principes intra Augustissima sua Palatia moliuntur, erum-
pat facilè in apertum, facilè in vulgus emanet, facilè in famæ
scenam prodeat. Et sicut ille temporum moderator Sol, è cœ-
lo ad ima quæque & obscura, per radios quaquà versùs patentes
deflectens, nullam inde clarissimæ suæ lucis diminutionem pa-
titur; ita etiam Imperiorum Sydera, Reges Principesque, Solis
ipsum more, ad tenues se licet demittant animas, inde tamen
nihil de Sacrà auctoritate amittunt: nam vel illas Augustissimæ
eminentiæ splendore illustrent, vel ipso adspectu beant contem-
plantes, non ignari Sanctitatem Majestatis suæ, neque à persona-
rum præstantia grandiozem fieri, neque ab ejusdem vilitate ca-
pere decrementum. Hinc ad *Tua Serenantis Clementia* pedes,
ultimus ego cultor advolvor; si quid ultimum esse potest in eo
cultu & devotissimis obsequiis, quibus nulla terminum allatura

est ætas. Ne verò à Tuà, *Serenissime Princeps*, me averterem luce, insitus Divinæ Tuæ menti nominiq; splendor fecit. Eum *Serenitas Tua* semper animo, quem nomine, repræsentat Solem, nec densæ adeo unquam oriuntur animorum nebula, quas non Clementiæ & hilaritatis isti radii dispellunt. Quocunqve locorum divertis, diem non minùs Regni populorum ædibus, quàm eorundem pectoribus accendis, Tecumqve miserorum solatia uberrima trahis, quorum ut & omnium desideria gloriosi nominis tui fama, & niveus non ætate magis, quàm candore Augusti animi vultus usqve ad satietatem implet. Undè certè nemo adeo surdus, quin eadem aliquà ex parte acceperit, *Serenitatem Tuam*, magnum suum & Divinitatis planè consortem, jam inde ab ipsis cunabulis & vitæ exordio, animum piis sacrisqve meditationibus, sapientiæ studiis, Martiali disciplinæ, & aliis dignissimarum tanto Principe rerum negotiis consecrasse, hodieque consecrare; nec non varias, imò omnes, ceu genio Tuo cognatas & consentaneas, occupationes & artes exercere, quæ maximo cum usu conjunctæ, memoriam tanti *Principis*, & futuri *Regis* ac Imperii tanti Moderatoris, nullo non tempore immortalena & sempiternam reddere queunt. Hinc signatam utriusqve Augustissimi Parentis Tui vestigiis semitam pleno ingrederis gradu. In te namque omnes blandientium voluptatum cogitationes extinctæ, libido mortua, vanitas sepulta est. Scintillula ardens es in corde Tuo, per pietatem & sanctam in Numinis cultu simplicitatem, scintillula ardens in manibus tuis, per laudabilem operum exercitationes; scintillula ardens toti Regno Arctoo, per exempla virtutum, elegantiam sermonis, & morum suavitatem. In te enim è primis cunis gliscebat, ceu in scintillula, Gratia DIVINÆ lux, & per Te Tuique nominis famam, veluti per scintillulam quandam, in diversissimas orbis terrarum partes admirabile nascituræ MAJESTATIS lumen dimanat. In te, inquam, ceu in opere Divinæ providentiæ perfectissimo, omnium virtutum momenta omnia, lineamenta que reperiuntur ac terminantur. Manum tuam semper aperis inopi, & palmas tuas extendis ad pauperes, & nullo non tempore illorum indi-

gentiæ

gentiæ ac necessitati benignè patere desideras. Hinc etiam
excelsum tuum animum in Musas, Musarumque cultores, esse pla-
nè quàm verbis dignè exprimi potest, benigniorem, affatim
pièque omnium ora loquuntur. Hisce Divinis prorsus & ma-
ximè stupendis virtutibus Tuis fretus, ad genua *Clementissime*
Serenitatis Tuæ, cujus radii & huic Lycéo nostro clarissimè adfulgēt,
rude hoc cogitationum mearum specimen, *de Magistratu Hæ-*
reditario, humillimâ animi submissione depono, hoc ipso te-
staturus aliquâ vel minima ex parte, affectum pietatis & reveren-
tiæ, quem Tibi Principi Hæreditario Regni Sveciæ Serenissimo, e-
go ultimæ sortis debeo clientulus. Accipe igitur, Princeps o-
prime, crudum hunc ingenii mei fœtum, non quâ debui, sed
quâ potui sinceritate elaboratum, serenâ fronte, placido vultu &
Clementi manu, Fateor quidē, iudicium tuum Serenissimū altiorē
exigere elaborationem, nihilominus tamen hujus Dissertationis
materiam longè nobilissimam, aliquo vel momentaneo saltem
Serenitatis Tuæ aspectu dignam spero. De cætero cœleste Nu-
men calidissimis veneror votis, quò *Te, Serenissime Princeps,*
pretiosissimum Regni Thesaurum, animi donis, diviniore sa-
pientiæ Spiritu, corporis optimâ valetudine, virtutibus tanto fa-
stigio dignis, indies adaugeat! Vive itaque Svecorum omnium
amplissima spes, diu Ecclesiæ DEI, diu Regiæ Tuæ stirpi, diu
Patriæ, vive & senio confecto Patri meo mihiqve: ac luce
hac, quam Serenitati Tuæ magnorum Regum Augustissimus
sanguis, & virtus gemina utriusque Regii Parentis, lucidissima
fax, uberrimè accendit, diutissimè orbem serena! Hoc devotif-
simâ mente vovet, precatur, exoptat,

O HÆRES REGNI DESIDERATISSIME,
SERENITATIS TUÆ

Augusto & Magno Nomini

Æternâ fide & Reverentiâ additissimus clientulus

LAURENTIUS Carplan/ C, F.

*Antiquâ generis Profapiâ, generosâ virtute,
nec non Palladiâ Arte*

verè Nobilissimo Domino,
Dn. LAURENTIO CARPLAN /

De Magistratu proprio Marte solerter differenti,
Fautori, Amico & Commiliti, impense amando :



T Medicina probanda magis, quæ corporis artus
Morbosos sanat, mitigat atque levat,
Quàm quæ est exurens: melior sic esse putatur
Ille Magistratus, qui gravis & sapiens
Emendat potiùs perversos & sceleratos,
Quàm vitâ spoliât, quàm necat aut perimit.
Quippe Magistratus fortem declarat abundè
Ostenditque Virum; ceu referunt veteres.
Pluribus hæc pandit Tua disquisitio docta,
Aonii, CARPLAN gloria rara chori.
Non tibi sat fuerat Majorum stemmate avito,
Et generis priscâ Nobilitate frui,
Nî simul ingenuis consumere in Artibus omnem
Ætatem studeas, segnitiam fugitans,
Quàm tua sedulitas et sit solertia magna,
Monstrat opus luci dexteritate datum.
Ex animo grator de grandibus ausibus hisce,
Auguror & certò præmia danda fore,
Quæ tua promeruit virtus Doctrinaque pulchra
In reliquiâ, quæis ceu fulgida stella micas.
E genere illustri & generoso sanguine plures,
Opto, ut sint pariles consociabilesq; tui!

L Mq. quamvis festinatò, adplauderam

SIMON TULLIO Aboens.
Met. & Log. Prof. ord. h. t.
Acad. Rector,

Nata-

Natalium, Literarum ac virtutis splendore, verè
Nobilissimo Viro Juveni,

Dn. LAURENTIO CARPENA/

Hæreditario de Rårsknås & Råttarsund/ r.

Disputationem summâ industria elaboratam, de Magi-
stratu Politico ac ejus adjunctis, inprimis verò de Prærogativâ
Successionis Hæreditaria in ordine ad Electionem, ævul-
ganti, doctèqve defendenti, hoc

Αὐτῶς ἑδωκεν:



Perpetuâ mundum quamvis ratione gubernet
Rector, in excelsâ qui sedet arce poli;
Attamen in terris Proceres vult esse benignos,
Qui populos certâ sub ditione tenent:

Hos simul esse Deos voluit, talesqve vocavit,
Adque latus Dominos ipse sedere facit.

Horum sunt vigili commissa negotia cura
Publica; quo nullum grandius exstat opus.

Hos decet amplus honor, reverentia, Diva potestas;
Hi sunt sacrati pectore, mente, manu.

Ergò diu vivat CAROLUS! CAROLIQVE propago,
Purpureo suaves tincta colore genas!

Macte animo, reverende LEO; Tua gloria toto
ORBE rugit: rugiet post magis axe poli!

L. Mqvè

DANIEL GYDENSTORPE

Reg. Dicast. Assessor.

Ad juvenem.

Avitâ Nobilitate & virtute rarâ præclarum.

DN. LAURENTIUM KARPLANI

Hæreditarium de Kârfnäs & Kettârsund / &c. de Magistratus
Summi Successione hæreditariâ, ejusq; præ Electione eminentiâ, acutè
& solerter disputantem,

ΟΔΑ Συγχριστινῆ.

Q Uod rariùs vetustas
Dubitaverat perita,
Meliùs palàm subacta.
Prudente rerum ab usu;
Hoc ventilare cæpit,
Seqvior: novas capessens
Ætas deinde crescens
Hic cogitationes,
Hic disputationes.
An Principis tenenda
Potiùs foret probati,
Ac rebus admovendi
Cum gloriâ gerendis,
Cum laude sustinendis,
Electio per omnes
Profapias tribusqve,
Suffragiis in orbem
Currentibus peramplum;
An fortè tunc sequenda
Successionis essent,
Hæreditas avita
Quæ suggerit probatqve.,
Antiquitus recepta
Uluque comprobata,
Ceu sanguinis parentum

Jam vindicata jura,
Jam dedicata jura?
Hic nobili ac avità
De stirpe natus, ecce,
KARPLANIUS, Lyeçi
Abodici propago,
Heliconis atque miles,
Et Palladis fatelles
Præstrenuus, Problema
Solerter hocce solvit,
Ultrò citròque volvit.
Ostendit usque acutè,
Jus esse utrinque dispar,
Hinc commodumque dispar;
Successionis amplum,
Electiois arctum.
Quare simul precemur,
Communibusqve votis,
Calidis piisque votis,
KARPLANIO perennem
His gloriamque terris,
Superstitemque vitam
Superis simul coævam,
Post sera fata rerum!

Scripte

PETRUS LAURBECCHIUS

S. S. Theol. Prof. Ord.

Nobi-



On potuit effugere Tuam industriam & inquisitionis ardorem, meditatio longè pulcherrima ejus discursus, qui, quasi in quodam auripendio, librat curiolè præminentiam *Successionis* ac *Electionis* ad FASTIGIA REGALIA, cum eà, quæ non malè huc spectat, *Primogenitorum gloriâ*. Eâque de causa, cum videam grandem materiam, pari stylo expositam, in gratulatione candidâ quiesco. Ita est, ô *strentissime nobilium*! QUI ELECTIONEM præferunt Successioni: colligunt argumenta, ex bellorum successu, robore Heroico, affectuum inclinationibus, tum rationis probabili discursu. Qui SUCCESSIONIS grandius robur extollunt, communiunt se validissimè fortioribus telis, conquisitis ex primogenitorum constitutionibus, si fata ita ferunt; ex catalogis imperiorum; Ex Legibus & consensu moratorum gentium; Ex Heroum actis plus quàm incredibilibus; denique ex eo, quod est maximè palmarium, securitate populi, & duratione regnorum. Dum lites movent volubiles lingvæ, Tu media via & fortè rectissimâ incedis. Laudo proinde Tuos conatus, cum videam & intelligam, Te, ingenium ad alta natum, exercere continuò in iis, quæ illustre pectus ab ignobili discernunt. Ingens sanè est discrimen inter nobilitatem suspiriis, lacrymis, ineptiis, auro & argento emptam, cujus Symbolum est *tudere alea, omnia facere impanè, potare, scortari, confundere pacem, incedere tumidus scabie Gallica*. Talem nobilitatem appellavit prudentissimus ille. *Robustam improbitatem, dignitatem scelere quasitam, tum hereditatem pessimorum*. At verò NOBILITAS brevè habet centrum, sed circumferentiam immensam; *ambulare in conspectu Domini, in veritate, in justitiâ, inservire Regibus, prodesse miseris*: Hanc tu mi OPTIME JUVENUM, semper corde & ore prætulisti, nec dubium, si modò Parentem imitaris, quin ad extrema fata animo, gestu, vitâ repræsentes exprimasque; vale.

à Tuo

D. ACHRELIO.

Generosa indolis, eximiaque literature

JUVENI,
Nobilissimo

Dn. LAURENTIO Carplan/

CHRISTIERNI FILIO,

De Magistratu Politico, præcipuisque Ejusdem Adjunctis, imprimis verò de Prærogativâ Successionis Hereditaria, eruditam suam Disputationem in cathedrâ Academicâ solenniter defendenti,

ΠΕΡΤΑΣΙΧΟΝ:



Egna vigent, sceptris, folio, diademate, sanctis,

Quæ si turbantur, mox violata ruunt;

Sive sit imperio admotus Rex amplius avito,

Sive suâ lectus cum probitate cluas.

Ergò DEO Reges debent sua sceptrâ decusquæ

Tantum: Subjectos obsequiosa decent

Mania. Quod monstras CARPLAN, generosa propago

Finnonica gentis. Te mea musa canit.

Quod dedi αὐτόῳ

ANDREAS WANOCCHIUS

Phil. Pract. & Hist. Prof.

Nobiliss.

Nobilissimo

Dn. LAURENTIO CARPANI

Amico suo optimo ac fidelissimo!

S. P. D.



Voluntati tuæ de imprimendâ & in lucem emittendâ hac, de Magistratu politico, Dissertatione, mihi animo, amore, ac ore declarato vario laudis encomiique genere ob amicitiaæ arcto vinculo inter nos junctæ ac conversationis brevi habitæ jucunditatem & utilitatem omnis sermonis enuntiationis modo uberrimam occurrere, mox mentem subiit cogitatio; sed quibus sinceræ animæ meæ verbis utar, quibus Te studiis prosequar, qua benevolentia consequar, sanè animo hæsitanti destituor. Gratulor solùm tui illustri ingenii specimen pulcrum, propositum amicis amabile, quod non operis laborisque difficultas nec gravitas argumenti, Tibi impedimento esse potuerint, quin præsens doctè eruditèque elaboratum opusculum in publicum ederes; Quod huic rei adesse nec amicorum commendationum, nec aliorum laudis celebrationum indigeas, cum propria ac singulari industria progressus rei literariæ felices oculis multorum subjecti, Te magnificiunt; Mihi igitur inceptis desistendum suadet intimi cordis modestia: Nam fama & gloria dignos virtutis suæ, vitæ morumque elegantiaæ ac Musis dicatæ diligentiaæ, encomiis semper comitantur. Quid incumbenti in nominis tui illustrationem, mei autem desiderii declarationem residuum erit, nihil reperio, nisi actum agerem, cum satis omnibus constet, justa justo deberi elogia. Jam ultimò ad Deum Ter. Opt. Max. votis obnixè contendam, ut Te, mi CARPANI/ generosa progenie ortum, studio probitatis incensum, mihi valdè dilectum, in annos Nestoreos Reip. Idoneum servert! Tu verò divina Paternaque providentia sollicitaque cura, in tuorum ac omnium benè Tibi cupientium solatium & gaudium crescas, vivas! Vale.

SIMON A. BRUNNEN

Nobilissime, simulac politioris doctrinæ sectator impigerimē.



Apientissimi quique Cultioris Orbis incola, eos nihil minus, quam verè Nobiles esse pronunciant, qui pretiosis tantum atque acu depictis vestibus superbiunt, qui aurata monilia circumponunt, qui divitiis & prædiis suis freti literas condemnant, linguas contemnunt, laudabiles discursus averfantur, qui à Principum abhorrent aulis, qui castra declinant, qui virtute, sapientiâ & animi cultu, se suosque illustrare nefas ducunt, quique Majorum stemmate nixi, solos se esse nobiles, reliquos omnes, utut & genere & virtute studiisque nobiles, quasi umbras hinc inde volitare existimant. Sed ò ingenia sepulta, & , ut inquit Lucilius, in stercore, hūmi stabulisque, fimo atque succerdis educata. Novistis ne, quod, qui virtute & sapientiâ carent, ignoti sint homines, sordidi & ignobiles. Etiam si divitiis abundant, non divites sunt & beati, sed pauperes & miseri vocandi: nempe mendicium, ut dicam cum Aristippo, præstat esse, quam indoctum. Generis splendore, non secus ac cornicula Æsopica, plumis sese alienis ornant, quibus arbitrio datoris sublatis, nudum cum dedecore remanent atque lacerati. Non itaque tam à Majorum gloriâ laudum sibi rivulos derivare debent Nobiles, quam per propria virtutum & literarum exercitia. Quare in ore semper habebunt, & frequenti usu familiare sibi reddent vel Ovidianum illud: Nam genus & proavos, & que non fecimus ipsi, vix ea nostra puto: vel Seneca hoc; qui genus jactat suum, aliena laudat. Utriusque hujus sententiæ vim, Tu Nobilium Finxorum Decus, Domine **EURYPIAN**/ optimè intellexisti, qui jam inde à primo florida infantia Tua primordio, tum ipsâ optimâ hortante naturâ, liberaliū artium studia diligentissime coluisti, qui nihil in votis optatisque habuisti unquam Tuis antiquius atque prius, quam ut Te literis ac solidâ doctrinâ optime

mè tingeres, feliciter tinctum generosa familia honorifi-
cum, patria utilem, amicis dilectum, aliquando sifteres. Non
Te adversa fortuna, non vigilia & lucubrationes, non ma-
ligna invidia, & indoctorum, quorum ubique messis uberri-
ma est, persuasio, ab inceptis studiis retrahere valuerunt.
Quantum alii voluptatum blanditiis, quantum circulis &
conviviis, quantum Virginum vanis amplexibus, quantum
Chartis lusoriis aleaque tribuunt, tantum Tu ad literas &
animi cultum acquirendum insumis; probè sciens, quàm il-
lustre, quàm speciosum, quàm laudabile, quàm jucundum,
quàm admirabile sit, literis verè inclarescere & nobilitari:
quàm contrà turpe, quàm ignobile, quàm indecorum,
quàm miserum, quàmque indignum, ut omni homine, ita
præcipuè Nobili, sapientiâ optimo animi thesauro vacuum
esse. Hoc itaque nomine, sumtibus longè maximis, non
modò ipsis Sapientia Professoribus Te erudiendum, sed et-
iam privatis Magistris instituendum, summo desiderio jam
dudum tradidisti, & nihil quicquam, nisi illud unicè spe-
ctâsti, ut Regi atque patria aliquando inservire, non in
terram defodere, sed ad publicam utilitatem transferre,
creditum talentum posses. Hinc in Te non modò heredi-
taria Majorum claritudo, & spiritus nobilitatis aviti non
langvescunt, sed & longè clarius emicant, splendent, coruscant.
Citra adulationis vitium optimâ conscientia dicere possum,
inchyos Progenitores Tuos plus à Te claritudinis brevi, bono
cum DEo, accepturos, quàm vel illi, vel alii unquam sperare
potuerint. Omni illo tempore, quo Tecum in mutuâ studio-
rum texendâ telâ vixeram, non sine insigni admiratione &
latitiâ percepi, Te non tam vivæ institutionis ope subnixum,
quàm propriis tuis vigiliis summo cū fructu mutos illos Ma-
gistros, quos fidelissimos consiliarios appellavit Alphonsus,
diur-

diurnâ nocturnâque manu pervolvere. Hoc veritati conso-
num esse, vel me tacente, Eruditorum non fucata testimo-
nia signant, bonorum omnium ora loquuntur, plurima tam
publicè, quàm privatim habita eruditionis specimina decla-
rât, imò hoc idem clarissimè testatur hæc præfens elegantissima
Disputatio, de Magistratu Hereditario, quam proprio mar-
te non concinnè magis, quàm nervosè conscripsisti: optimè
gnarus, maxime duci turpitudini, alienis scriptis nomen su-
um præfigere, sicut illi facere solent, qui videri volunt do-
cti, quique vel ex mustaceo perexigua scientia, vel ex mercede
conductis Præceptorum operibus orbi obtrusis, lauream querunt
& estimationem; quasi decus maximum esset specimine
alieni laboris turpe otium occultare, & specie falsa eru-
ditionis literato orbi, citra molestiam, gloriosâ famâ inno-
tescere. Tibi igitur impensè gratulor, simulac Deum
calidis veneror suspiriis, ut indies magis magisque virtutum
& vera sapientie incrementis, in gloriam DEi, officia Re-
gis, utilitatem Patriæ, gaudium amicorum, & proprium decus,
feliciter succrescas! Vale & vive, ceu calidè optat,

Raptissimè scripsi Aboæ die 14.
Aug. Anno 1688.

dum pios & felices conatus Auctori,
& Convictori suo svavissimo,
congratulatur.

ANDREAS E. Hâf.



Mnis Magistratus originem & Majestatem, ab ipso DEO Ter optimo Ter Maximo, in omnes mundi Monarchas, ceu à fonte in canales derivari, inaccessæ lucis inhabitator Spiritus Sanctus testatur ipse per Apostolum; & fulgor Divina justitia ejus, imperandi hunc ordinem ab omnibus piè, devotè & sanctissimè magni faciendum, severè monet. Mandatoria hæc voces de societatis civilis gubernatione, deque discrimine Imperantium & parentium, superiorum & inferiorum, sunt veluti tabula & litera cœlitus delapsæ ad universum genus humanum; ut in iis legant singuli, quòd, post DEUM, summo Magistratui summus debeat honor & reverentia. Quòd Dominus DEUS omnibus terris constituit Reges & Principes; Quòd Magistratus ad salutem populi sit conditus; Quòd consistat Reipublica salus in ordine imperandi & parendi; quòd perpetuæ felicitatis essentia potissimùm recumbat in uno primo, à quo ceu mensura & summo capite omnis ordo dependere debeat; Quod omnis Magistratus solus omnia disponat & ordinet, consulenda proponat, proposita concludat, conclusa confirmet, confirmata executioni demandet; Quòdque sit, qui curabit, quæ sunt puræ & veræ Religionis, quæ ad Reipublica seminaria, utpote Scholas & Academiæ, spectant, quæ sunt vitæ inculpatæ, quæ ad curam pauperum & bonorum omnium faciunt. Hujus itaque argumenti Majestas cum tanta sit, necessitas & utilitas tanta, ut haud sciam, an inter ea omnia, quæ sub latitudinis Philosophiæ civilis contemplationem cadunt, ullum sit, quod hoc, de Magistratu, præstantiâ & nobilitate antevertere valeat; rem à meo officio haud alienam me facturum arbitratus sum, si aliquid ex celeberrimorum Historico-Politicorum monumentis

binc inde, pro ingenii modulo, exciperem, excerptum sub simplici-
oris cujusdam disquisitionis incudem revocarem, revocatum can-
dido tuo judicio, Lector Candidissime, submitterem. Verum cum
probe mihi constet, huic nobilissimo argumento judicium meum mul-
tis modis impar fuisse, tuam imploro mitiorem censuram, ut
hac in re non tam infantiam, quam voluntatis honestatem respi-
cias, & humaniter mihi ignoscas, si aliqua, imò per plurima de-
prehenderit, ad eam non excussa perfectionis limam, quam jure
suo exposcit tanta materiae sublimitas. Neque est, ut sinistrè inter-
pretere, quòd tam multa Sueco idiomate (fortè contra nostratum
receptum morem) inserta videas: hoc enim expressit ingens ille a-
mor, quo prosequar Patriam quoque linguam; adegit etiam ad hoc
vel invitum perpetuum illud pretium, quod Galli, Itali & Germani,
quolibet occasione faciunt suæ vernacula, quorù idiomate hac lingua
nostra dignitate & præstantiâ non inferior. Huic igitur factò meo hu-
maniter ignosce, benè vale, mecumque devotè precare, ut mitiora
fata civium salutis, Patriæ commodo, oppressorum præsidio; Regem
CAROLUM CAROLIVÆ FILIUM AUGUSTUM, benè incolumes,
feliciq; rerum coronatos affluentia diutissimè orbi concedant, in-
ornamentum gentium, seculi splendorem, admirationem viven-
tium, memoriam & venerationem posterorum: quòd ego & In ve-
rè vivamus DEO, REGI, PATRIÆ, nobis, amicis!

Sit meus introitus felix, meus exitus uni
Perpetuò curæ sit maneatque DEO!

CAPUT PRIMUM.

Magistratus originem, Necessitatem & utilitatem continet.

§ 1.

EX Natura particularis, utpote
Apum & Gruum Imperatoribus
patet, Juri Natura consonum esse,
ut inter homines etiam sit eju-
modi Imperantium & obedientium
ordo.

§ 2.

Imaginem Civilis Imperii venuste
satis & egregie adumbrant corpo-
ra caelestia.

§ 3.

Magistratum quemcunq; Divini-
tus esse, Ethnicis etiam in con-
fesso est.

§ 4.

Hoc idem ex superabundanti evin-
cunt Spiritus Sancti oracula.

§ 5.

Summus Magistratus Regnorum ba-
sis est, nec ullo modo stabilizur eo-
rum felicitas, hoc imperiis ablato.

§ 6.

Curâ & prudentiâ Glor. M. R. GUST.
I. miserè quassati calamitatibus
Imperii Suedici moles sublevata
fuit; unde clarè patet Magistratus
necessitas.

§ 7.

Per necessarium esse, ut Imperator
se, qui reliquis præsist, luculenter
satis ostendebat Glor. record. REX
CAROL. IX.

§ 8.

Quot commoda ex Pio Magistratu
in subditos redundent, maximè in
Sueciam, quin & Germaniam, Glor.
reor. Regis GUST. ADOLPH. Magni
merita comprobant.

§ 9.

Necessitatem boni Magistratus o-
mnium longè felicissimè Heroicis
suis factis, abundè demonstravit
Glor. M. Rex CAROL. GUSTAVUS!

§ 10.

Quàm salutare donum cœlitus de-
missum sit Magistratus, haud ob-
scurum est colligere, ex clementiss.
REGIS nostri CAROLI XI. devotissi-
mis Elogiis.

§ 11.

Major quàm dici potest, Regis &
Legis necessitas est.

§ 12.

Subditis quàm maximè prodest, bono
animo tributa Regibus exponere.

§ 13.

Boni Magistratus ductu ac regimine
egent omnia.

§ 14.

Falsissimum est, Regibus non alio re-
spectu, quàm ob bonum ordinem,
obedientiam deberi.

§ 15.

Paranesis ad omnes subditos cujus-
cunq; ordinis fuerint.



N vastissimam totius hujus universi sphaeram, rerumque omnium ejusdem sinu complexarum infinitam propemodum multitudinem, accuratorem judicii nostri oculorumq; obvertentibus aciem, haud sanè obscurum esse potest, Originem eorum, qui in Regali & altissimo cujusque fortunæ fastigio constituti, non aliundè, quàm ab ipso immortali Deo esse profectam. Deus namq; humanæ fortis arbiter, & pulcherrimi ordinis autor, (a) non vult omnes & singulas res, utut ejusdem speciei, esse sibi invicem gradu, dignitate, & eminentiæ fastigio æquales, ita ut una alteri hoc vel illo respectu non cedat, sed maximè innata quadam proensione ferri, & in id jugiter naturali incumbere cura, ut quælibet ferè res animata Regem quasi, moderatorem & Ducem sibi eligat, amet & veneretur; quod veritati haud dissonum, sed maximè conforme esse, quotidiana rerum Magistrâ, experientiâ, id abundè satis nobis monstrante, & quidem inprimis ex omnium animantium constanti desiderio constituendi & creandi sibi Regem & imperatorem, liquidò perspicere licet. Nihil namq; voluntati Divinæ magis congruum, nihil vel elegantius, vel ad felicem conservationem sui commodius, quàm concinnus rerum omnium ordo. Nihil vice versâ à voluntate DEI magis alienum, qui res omnes à se conditas pulcherrimo quodam ordine creavit, nihilq; mortalium visui horribilius, fœdus, ac deformius, vel quod majorem omnibus rebus infelicitatis iliada adfert, quàm confusio ac æqualitas rerum promiscua. Hinc, si oculos nostros paulò altiùs sursum elevemus, non sine admiratione & insigni animi voluptate cernere licet, infinitam apicularum molem gregatim vivere advetam, unum Regem, & Ducem, (b) (Svetice *Wisse* vocatum,) sibi constitutum habere unum, qui non suffragiis electus, quippe sic iniquissimis,

(a) I. Cor.
xiv. v. 31.
Sap. XI.
22.

(b) Plin.
Nat. Hist.
lib. XI. c. 5.

mis, non sortilegiis constitutus, sic fortuitis, ideoq; pef- pag. m. 191
 fimis; sed jure successionis, qui principatum & regimen, Item
 ceu summus & omnium sapientissimus moderator, obti- lib. cap. 17.
 net & administrat, quiq; cæteris in apiario cunctis & sin- pag. m. 155.
 gulis præsidet ipsius naturæ indultu, quo fretus, reliquas,
 summâ autoritate, prudenti regimine, insigni dispositi-
 one, & sublîmi eminentiæ gradu supereminet omnes.

Cum ergo Apes non sint sine Rege in alveari; non æquum (γ) *Horo-*
est homines absq; Rege esse in Republicâ. (γ) *Huc facit il-* log. Prin-
lud Cypriani: Apes habent Regem & Judicem, & ei fidem, cip. lib. I.
servant. (δ) *Taceo jam ideam Politix & Reipublicæ o-* pag. m. 140
stendi in ipsis avibus, quæ formosissimam repræsentant e- (δ) vid. Ho-
jusdem imaginem, has inter potissimum Gruibus provi- rol. Princ.
da acalma rerum genitrix natura obediendi necessitatem lib. I. p. 140.
 imposuit; gregatim enim vivunt, nec se segregant un-
 quam, sive volitent, sive pascantur, sed amicissimè inter
 se conspirant, & Ducem sibi unum ex provectioribus æ-
 tate & experienciâ clarissimum eligunt, quem in volan-
 do primum collocant, ac eum quocunq; volantem satel-
 litum adinstar subsequuntur, venerantur ac colunt, ejusq;
 nutui obsequuntur, vocibusq; ejus attentè auscultant;
 ille pro salute ac incolumitate eorum custodias ac vigili-
 as agit, eos amore prosequitur, & cum in terram descen-
 derint, pabuli sibi acquirendi ergò, securè & tutò pa-
 scebuntur; Dux quippe collo erecto, nudum caput in al-
 tum erigendo, custodiam omnium agit, illi capitibus sub
 alâ reconditis dulcem capiunt somnum, & ne quid peri-
 culi & damni eis accidat, sollicitè prospicit, & si quid im-
 minere sentiat, aut quid insidiarum vel ab hominibus,
 vel à feris ipsis strui, id mox sonora voce indicat, (ε) *Inspice*
 maturè salutis suæ, vel masculè repugnando, vel sæpe fu- Ges. epi-
 ga, consulant. Tantâ verò tamq; assidua Ducis tui in- de Volatil.
 defessa cura ac indefatigabili providentia, quam pro re- pag. m. 156.

liquarum incolumitate præstat, fœdo ingratitude vi-
tio se excidere non patiuntur, sed hoc primum suum
censent officium, ut innatam hanc animi ipsius nobilita-
tem summâ veneratione agnoscant; ut sese ipsi semper
decenter submittant, ut nihil suo nutu, temerè & auda-
cter gerant, ut reverentiam, tanquam inconcussam salu-
tis suæ basin, sine quâ nihil feliciter peragi possit, ample-
ctantur; ut deniq; ipsius Ducis & sui ipsius salutem æque
sibi curæ cordiq; habendam censeant. Mirro etiam ab-
jecta illa insecta, formicas, abjectas in quasvis terræ ca-
vernas, summo ordine vitæ sustentandæ præsidia quæren-

(ζ) *Plin.* tes. (ζ) Ecce ut sapientibus sapientiores obediendi, ide-
Nat. hist. oque laborandi studio ultrò, nemine impellente, flagran-
lib. XI. cap. tes, varia, variis circumgyrationibus, præeunte una ceu
XIII. pag. Principe, sibi extruunt diverticula, & pabulum quærunt.
200. Transeo & naturam aliorum animalium, inque illis Pru-
dentiam, æquitatem, religionem, & suis obediendi in-
clinationem. Adumbrat virtutes illorum *Plinius*; expo-
nit *Ulysses Aldrovandus*; extollit *Lipsius*; decantat *Ge-
snerus*.

§. II.

Sed quid est, quod tantopere admiremur Politix & Rei-
publicæ imaginem in rebus animatis, occulto quodam
naturæ, suoque quasi instinctu, manifestari atque depingi,
cùm etiam in rebus inanimatis, & præsertim in amplissi-
mo cœli circulo, omni auro præstantiori, ac nulla un-
quam temporum injuria corrumpendo, eandem non ob-
scurius adumbrari pateat, in quo æterna illa sapientia
incredibili artificio tot stellarum ac siderum faces, ceu
micantes gemmulas, insculpsit, illam Zodiaci lineam, duo-
decim interstinctam signis, per quam non secus ac
per annularia quædam Horologia, lucente Sole, momen-
ta rerum & temporum discrimina, horas, hebdomadas,
menses

menes, annos cognoscimus, concinnè constituit & elegantissimè elaboravit. Non tango jam, quomodo in amœnissimo illo & florentissimo deliciarum horto, Cœlo, stellarum chori reciproco volumine retundantur, lapsu intermino volutentur. Lubens etiam prætereo lucidissimorum, quibus univèrsa illa ac rotunda cœli sphaera, undiquaque onusta irradiat, ignium & Solis & Lunæ, & reliquorum siderum mirabilem cursum & naturam, sive horum, quæ cum orbis in errantis regione in Dodecamorio aliqua complexione circumdato, sive illorum, quæ errando inordinatum quasi, constantissimum tamen, perpetuò servant ordinem. *Venus* enim tribus quadrantibus Phosphori, & subsequenter tribus quadrantibus anni Hesperii nomine insignitus, pro Sole, siderum Principe, excubias matutinas ac vespertinas fideliter agit. *Mercurius* Solem semper sequitur, eumque instar satellitis, Regem suum sequentis, circumit. *Saturnus*, *Jupiter*, & *Mars*, Solem adventantem reverenter præstolantur, & cursum suum placidè quasi sistunt, & veluti impentè sibi de ejus adventu gratulantur. *Sole* verò propius sibi appropinquante in honorem advenientis Regis sui ad summum fastigium circularum suorum assurgunt. Eodem verò ab iis longius recedente, motu tardiori eum subsequuntur, longoque intervallo à Sole relictæ, faustam veluti noctem apprecando, eidem valedicunt. Quò factò, verso itinere regrediuntur, donec locum, Soli è diametro oppositum, attigerint, confestim ima circularum suorum perunt, speciem suppliciter orantium præ se ferentes, quo *Sol*, Rex eorum, cui obviam eunt, ad eos quanto citius redire dignetur. Hac de re vide Bunting. (4).

(4) Harm.
Evange.
lib. p. m.

S. III.

PLura rationum pondera, pro adserenda sacratissima & plane divina Magistratus ordinatione, è natura petita,

287.

quæ eandem à supremo Numine profectam satis evincerent, huc allegare, operæ pretium non ducimus. Nec tamen prætereundum, Ethnicos naturali instinctu novisse Magistratum esse Divinam ordinationem, quod inter reliquos inprimis probat Poëta Græcorum omnium clarissimus, (9) *lib. I.* dicendo: teste Francisc. Patr. (9) *neminem rectè imperare posse, nisi eum, cui Deus imperium destinaverit.* Proinde Reges à DEO ter Optimo ter Maximo petendos per sacrificia & pias hostias esse dicebat. Hanc eandem opinionem fovebat etiam *Samnius*, Ægyptius Philosophus, sapientiæ laude inclytus; qui cum accepisset Alexandrum, Regem Jovis Hammonis filium oraculo fuisse salutatum, admirantibus compluribus, respondens adseruit, omnes homines, DEI imperio obnoxios & subjectos esse. Imperii itaque & dominii jus in mortales obtinere Divinam quandam dispositionem existimandum est. Multisque ex indicis & rationum momentis innotescere adseruit, DEUM communem omnibus hominibus parentem existere, verùm specialiter filiorum adinstar sibi paternè adoptare illos, quibus imperandi regendique auctoritatem haud gravatim concessit. *Priamus* quoque apud Homerum, Hectorem insigni encomiorum apparatus extollens, eximiam in illo probitatis & virtutum complexum concurrere ajebat, adeò ut non à mortali aliquo homine ortus, sed ab ipso DEO originem duxisse videretur. *Romanus* etiam *Senatus*, Imperatores optimè de se meritos, postquam excessissent è vita, divos publico consilio appellandos esse censebar. Nativitatem educationemque Regum numinibus curæ esse, populi ac nationes crediderunt. Hinc per plurimi opinati sunt, *Romulum* à Lupa, *Cyrum*, à cane, *Abidum*, vero à Cerva nutritos fuisse. (1) Hac opinione *Persæ* moti, Regibus suis Divinum honorem tribuebant; quocirca tussire, spuere

(1) vide *mulum* à Lupa, *Cyrum*, à cane, *Abidum*, vero à Cerva nutritos fuisse. (1) Hac opinione *Persæ* moti, Regibus suis Divinum honorem tribuebant; quocirca tussire, spuere

ere, oscitare, nasum emungere, caput scalpere, aures fricare, & alia similia in Regum suorum conspectu facere, dedecori & turpitudini ducebant; post fata verò non in Deorum solum numerum Reges suos retulerunt, sed vivos adhuc adorarunt, & aris, templis, statuisque eorum victimas cædebant, & thura atque alios Divinos odores ipsis sacrificabant. Nec passi sunt quempiam in Regum suorum prodire conspectum, quamvis facundissimus esset orator, nisi promitteret se eosdem veluti Deos adoraturum. Huc non incommodè referri posse videtur *Ismenias*, à Thebanis ad *Artaxerxem* orationis habendæ gratia ablegatus, quem Regis satellites severè admonebant, ut, si ipsi volupe esset adire Regem, illum Divinis honoribus, non secus ac DEUM ipsum, veneraretur. Huic illorum admonitioni *Ismenias* morem se gesturum promisit, nihilominus tamen, ne quid à Patriæ usu dignitateque abhorrens, hoc ipso faceret, intromissus in atrium Regis, cum Regem in sublimi throno sedentem aspexit, anulum è digito suo spontè detractum summâ dexteritate ante pedes suos projecit, & ita se flectens curvansque, adorantis præ se speciem ferens, anulum suum sustulit, & iis, quæ sibi injuncta erant, ejusmodi illusionis artificio satisfecit, hocque modo patriæ suæ rem gratissimam fecit, quæ in immensum abhorrebat ab illorum more, qui se Deos, quam Reges haberi mallent. Nec ignoravit olim Magistratum à DEO deducendum esse *Tacitus*, dicendo: *DEOS dare summum rerum judicium Principibus.* Sic inter *Essenorum* placita *Porphyrius* dicente *Hug. Grotio*: (x) & δὶχα θεῶν περιγίνεσθαι ποιεῖν τὸ ἀρχεῖν. Non obtingere cuquam imperium sine DEi cura speciali. Præclare hoc idem innuebat *Irenæus* referente eodem: Cujus jussu homines nascuntur, hujus jussu & Reges constituentur, apti iis, qui in illis temporibus ab iis regnantur.

(x) I. B. 8
P. lib. I. cap.
III. S. 8. p. 97
Loc. cit.

PRÆter probabilia quædam, ex lumine naturæ pro modulo ingenii adducta argumenta, apodictica nonnulla ex limpidiſſimo Scripturæ Sacræ fonte hausta, *Magistratus ordinationem Divinam* esse, DEUMQ; autorem agnoscere probantia, certissimeqve evincentia subjungere, maximo-pere necessarium duximus: quæ ita sonant: *Per me*

(u) *Prov. Reges regnant & Principes decernunt justitiam. Per me*
 IIX. v. 15. 16. *Principes dominantur & Principes & omnes judices terræ. (u)*

(v) *Dan. II. Et ipse mutat tempora, & aetates: aufert Reges & consti-*
 v. 21. *tuit Reges. (v)* Hæc verba sua adhuc clarius exponit for-

(z) *dicto l. Tu Rex es Rex Regum: quia DEUS cæli regnum,*
 v. 37. *potentiam, & fortitudinem, & gloriam dedit tibi. (z) Ju-*

(o) *Deut. Jehovah DEUS tuus dat tibi in tribubus tuis, qui judicabunt*
 XVI. v. 18. *populum judicio justitiæ. (o) Qui dat salutem Regibus,*

(π) *Psal. qui redemit David servum suum de gladio malo. (π) Ea*
 XLIV. v. 10. *quæ jam proximè sequuntur Scripturæ Sacræ dicta, eviden-*

(e) *Prov. Velut rivuli aquarum est cor Regis in manu Je-*
 XXI. v. 1. *hovæ: ad omne quod vult, inclinât illud. (e) Ira Regis*

(σ) *Prov. Quum illuxerit facies Regis, erit vita: & benevolentia e-*
 XVI. v. 15. *jus erit veluti nubes effundens serotinam pluviam. (σ) Ve-*

(τ) *Prov. luti rugitus catuli leonis est ira Regis, & sicut ros super*
 XIX. v. 12. *herbam benevolentia ejus (τ) Rugitus tanquam leunculi*

(υ) *Prov. est terror Regis: qui irascitur illi, peccat contra animam*
 XX. v. 2. *suam. (υ) Hinc Philosophus quidam dixit: Nihil inter-*

(φ) *vid. dixit sapientissimus Regum Salomon: Konungens Wre-*
 Swenskt. *de dr Dödzens Bodskap. Aliàs vulgato proverbio hoc ita*
 Ordbesd. *efferre solent Sveci: Kongzord äre Dunderslag; (φ) h. e.*

Grubb. p. *m. 424. dhe*

dhe haa Stræck medh sigh. Item Kongzord haa Dag i (x) Inspi-
 hand. (x) i. e. Konungens Befalningar haa laga krafft. *ce di. Et. Aut*
 h. e. Man får intet sätta der emoot; de moſte intet cri- *p. 425.*
 ticeras. Hinc Plautus dixit: *Indigna, digna habenda sunt,* (ψ) *I. B. &*
berus qua fecit. Iisdem fere verbis utitur Tacitus teste *P. lib. I. c.*
 Grotio. (ψ) *Indigna digna habenda sunt, Rex qua facit.* (ω) *Vide*
 Apposite ad hanc rem Seneca: *Æquum atque iniquum di. Et. Aut*
Regis imperium feras. Huc pertinenter respexit Sallusti- *loci cit.*
 us, inquit: *Impune quidvis facere, id est Regem esse.* (ω) (α) *Rom.*
 Si igitur Ethnici adeo venerati sunt Reges suos, injustè *xiii. v. i.*
 regnantes, quantò magis nos, qui melius è lumine gra- *(β) Vid.*
 tiæ edocti, nostros æquissimos Reges summo in honore *Stoæum*
 habeamus, idque tantò promptius, quantò certius nobis *Serm. 45.*
 constat, non esse potestatem nisi à DEO, quemadmodum *p. m. 324.*
 Spiritus Sanctus per Apostolum Magistratus potestatem. *(γ) Gen.*
 & eminentiam à DEO esse, clarissimis verbis adserit; (α) *xlv. v. 8.*
 Sed etiam superiore nullo, nisi à Solo DEO dependere do- *(δ) Gen.*
 cet, cujus vices hisce in terris sustinet, nec quempiam. *xxxvi. v.*
 supra se, nisi immortalem, altissimum, trinunum DEUM *15. 16.*
 agnoscit; Juxta illud: *Inter homines Rex diviniore est, mul-* *(ε) Deut. x.*
tumq; communem naturam supereminet, ab optimo artifi- *v. 17. Psal.*
ce fabricatus, qui formavit eum Archetypo ex se sumpto. *lxxxii. v.*
 (β) Repræsentat personam universi regni, omnium po- *1. 7.*
 pulorum suorum, ac ipsius DEI; refert quasi typum Di- *(ζ) Psal.*
 vina sapientiæ, potentia, Majestatis, gloria, imperii, *lxxxii. v. 7.*
 clementia, providentia, curæ, patrocini, regiminis, & *(η) Gen.*
 dispensationis, &c. Evidenter satis demonstrant hoc i- *xli. v. 43.*
 dem splendida illæ, variaque adpellationes, quibus Magi- *(θ) xlvii.*
 stratus exornatur; sunt hæc tam *Divina* quam *humana*, *v. 10.*
 quæ cum in sensu proprio tum figurato accipiuntur: ut *(i) Num.*
 pote *Domini*, (γ) *Duces*, (δ) *Dii*, (ε) *Illustres & Magnifici*, (κ) *Hag.*
Filii Excelsi, (λ) *Patres*, (η) *Scuta terra*, (θ) *Portæ, Pastores*, *ii. v. 14.*
 (i) *Annuli sigillares*, (κ) *Servatores*, (λ) *Angeli DEI*, (λ) *Neh.*
 B *Nutri-* *ix. v. 27.*

XIV. v. 17. & (μ) *Nutritii Ecclesie DEI*, (ν) *Capita*, (ξ) *Vertices*. (ο) XIX. v. 27. *Fundamenta terre*; in versione Svecana, *Landjens* (ν) *Esa.* *Grundwaldr* dicuntur; (π) comparantur *clavo* sive *paxill* (ξ) *Num.* *xillo* (ρ) Vocantur *Cæsares*, (σ) *Reges*, *Principes*, *Ordinatores*, *DEI Ministri*, *DEI ordinatio*, *Vindices*, (τ) *Uncti* (ο) *Deut. Domini: Sacra & Sacro-Sancta Majestas*, utpote *Reges* XXXIII. v. 20. *communi & solenni titulo celsitudinis ex DEI Gratia*, (π) *Psal.* *medh Gudj Nåde* / à DEO sibi imperium concessum esse LXXXII v. 5. *expressè ostendunt. Magistratum à DEO esse etiam luculenter satis evincunt mandata DEI, qui Magistratum* VI. v. 2. *summè honorandum vult, quique gravissimas pœnas e-* XXII. v. 21. *jus contemptoribus, eidemque resistentibus se inflictu-* (σ) *Matth.* *rum promittit. Omnis anima Potestatibus supereminenti-* XXII. v. 21. *bus subjecta esto: non enim est potestas nisi à DEO: qua ve-* (τ) *Rom.* *ro sunt potestates, à DEO ordinatae sunt. Itaq; quisquis* XIII v. 2. 3. 4. *resistit potestati, DEI ordinationi resistit: qui autem ei re-* (υ) *Rom.* *sisterint, sibi ipsis iudicium accipient. (υ) DEUM timeate,* XIII. v. 1. 2. *Regem honorate. (φ) Adhortor igitur, ut ante omnia fi-* (φ) *1. Pet.* *ant deprecationes, obsecrationes, interpellationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro Regibus & omnibus in eminentia constitutis; ut tranquillam ac quietam vitam degamus, cum omni pietate & honestate.* (χ) *1. Tim.* (χ) *Ego moneo te, ut os Regis observes, & super verbo ju-* II. v. 1. 2. *ramenti DEI. (ψ) Ex hisce omnibus ac singulis satis su-* (ψ) *Eccles.* *perque dispalescit, longè miserrimam esse mortalium* IX. v. 2. *conditionem, Magistratu carentium. Hinc Doct. Thom.* (ω) *Lib. I* *dixit. (ω) Naturale est homini, ut in societate multorum* *de Regimi-* *vivat, necesse est, esse in hominibus, per quod multitudo* *ne princ.* *regatur. Quamvis igitur non rarò contingat in ultima* *hac mundi vespera, ut, qui ex ordinatione ipsius DEI, qui-* *que Regna & Regnandi potestatem à DEO habent, Ma-* *jestate suâ abutantur, eorum tamen vitia cum* *functionis sanctitate non sunt confundenda; veritati enim* *conso-*

consonum est, uti venuste satis differit Chrysoft: (α) (α) in E.
Quod Principatus sunt, quod hi quidem imperant, Isti *pist. ad*
verò subjecti sunt, quodque non simpliciter ac temere *Rom. XIII.*
cuncta feruntur, nec fluctuum instar populi huc atq; illuc *p.m. 258.*
circumaguntur, Divina sapientia opus est: Propterea non
 Apostolus: non enim Princeps est, nisi à Deo, sed dere
 ipsa differit, dicens: *non enim potestas est nisi à DEO.*

S. V.

HIs ita de origine Magistratus præmissis firmissimis ra-
 tionum momentis, nunc reliquum est, ut non debi-
 lioribus argumentis probemus ejusdem & necessitatem &
 utilitatem, quam utramque, quàm maximè summam esse,
 omnis qui non mentem omnem ac sensum perdidit, ul-
 tro fatebitur. Sine Magistratu namque faceret quilibet,
 quod rectum videretur in oculis suis, juxta dictum illud
 Scripturæ: *Dā then thiden war ingen Konung i Israel/
 och hvar och en gjorde som honom tyckte godt vara.*

(β) Absque Rege enim omnis multitudo in diver- (β) Jud.
 sa dispergeretur, nisi esset qui populi, haud secus ac pa- XVII. v. 6.
 stor ovium, curam gereret. Hinc sapientissimus ille Re-
 gum Salomon, hæc verba proferens, Magistratus sum-
 mam necessitatem indicavit: *Ubi non est gubernator, dis-*
sipabitur populus. Regere itaque & regi, subjici & gu-
 bernare, non modò naturæ non dissentanea esse liquet,
 tum Naturali & Divinæ in Spiritus Sancti oraculis patefa-
 ctæ, humanæque Gentium & civili legi, sed pernecessa-
 ria, imò adeo maximè utilia officia esse, ut secus omnis
 Respublica pro monstro haberetur, non aliter ac corpus
 sine spiritu, sine contextura partium & membris legiti-
 mè & convenienter dispositis, aut cum defectu eorum
 maximè deforme apdaret & abominabile. Nihil itaque
 tam conveniens esse judicatur, ad jus conditionemque

naturæ, quam Magistratus, ejusque gubernatio & imperium. Sicut enim summa Solis & necessitas est & utilitas, juxta tritum illud: *Sole & sale quid utilius?* eo sublato cessaret omnis actio, ipsaque generatio: Sol enim & homo, dicente Philosopho, generant hominem; frugum fructuumque nulla suppeteret copia, neque campis & arboribus, brumali gelu pulcritudine sua denudatis, gramina comæque recurrente veris tempore redirent; eodem prorsus modo, non existente imperantium ordine, res & salus pessum iret publica: quod enim in homine cor & caput, gubernator navis in navi, Dux in exercitu, id in Regno Magistratus & Rex est, sine quo nullum imperium in vastissima hujus terrarum orbis spherâ salvum, sartum tectumque sibi consistere posset; quod rotundis & disertis verbis, luce meri-

(γ) *Lib. III. de leg.* dianâ clarioribus, Eloquentiæ parens Cicero demonstrat:

(γ) *Sine imperio nec domus ulla, nec civitas, nec gens, nec hominum universum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest. Nam & hic DEO paret, & huic obediunt maria terraque, & hominum vita jussis suprema legis obtemperat.* E tripode igitur pe-

(δ) *Lib. I. de Clement. cap. IV. p. m. 439.* nitissimæ sapientiæ derivatum illud Senecæ, (δ) ita sonans: *Est Reipublica animus Princeps ac magistratus bonus: est vinculum per quod Respublica coheret: est spiritus vitalis, quem multa hominum millia trahunt, nihil ipsa futura, nisi onus & præda, si imperii mens subtrahatur.* Hinc evidentissime patet, quam necessarium

Divinitus datum donum Magistratus sit, qui leges ritè ferat, interpretetur, ejusque vigorem tueatur, quamq; salutare ad jura civium, concordiam partium, arcana civitatis, sociorum fœdera, hostium proposita sit Magistratus, pacis non minus quàm belli tempora abundè satis nos docent. *Dominium enim à DEO permixtum est, ad punitionem malorum, provisum ad pacem & concordiam bonorum, uti dixit Alphar.* (ε)

(ε) *Inspice Horol. Princ. pag. 154.*

Præ-

S. VI.

PRÆTER hæc, quæ jam summâ simplicitate ingenii à nobis allata sunt; necessitatem etiam Magistratus summam esse recta ratio svadet, assensum præbet intellectus purior, omnium temporum celebriora monumenta confirmant, exempla illustrium Heroum, Ducum, Principum, Regum, tam exterarum nationum, quam patriæ nostræ dulcissimæ, abundè satis demonstrant: sed quid è re est, ut in Βεβήλωσιν sententiæ nostræ, ad evincendam necessitatem Magistratus, exempla in exteris, domesticis omiſſis, anxie quæramus? ne forte locum in nobis habeat vulgatum illud proverbium: *Lynx foris, & Talpa domi*; cum id præter necessitatem fieret, Patriis hoc luce meridianâ clarius evincentibus, imò adeo, ut eâ de re dubitet nemo, nisi qui summè insanus est. Prætereuntes igitur reliqua ob angustiam chartæ & temporis, primo loco adducere libet exemplum evidentissimum Gloriosissimi statoris imperii nostri, libertatis Svecanæ vindicis, & Herois incomparabilis, *Gustavi I.* qui Patriam nostram longè miserrimam, e dolis & machinamentis Danorū feliciter adseruit, sanguinarii *Christierni II.* faucibus, gladiisq; sicariorum masculè eripuit, & aut in pristinum, aut infinitis modis tutiorem, statum vindicavit. Cum dictus ille Danorum Rex Sveciam, patriam nostram dulcissimam, nullâ virtute, nullis suffragiis, sed astu, sed vasritie, & seditiosorum mangoniis ac factionibus undiq; circumfusam, perpetuæ servituti subicere decrevisset, adeoque omnes Svecos excindere statuisset, nisi, quod adhuc quilibet sibi ex corde impensè gratulatur, altè prænominatus hic Heros, æternitatis albo inferendus, non saltem conamina ejus fortiter represisset, sed & insuper prodigiosas Papalis religionis tenebras, larvas, præstigiasque è Patria exterminasset; & exercitia puræ pietatis, doctrinæ cum-

religionis & sacrorum sinceritate late propagasset. Quod nunc hodie ora viventium pie loquuntur, monumenta passim vulgata, passim recondita testantur, nec libera hostium voces occultant. Vide hac de re fusius differentem B. D. Loccen, (2)

(2) *Hist. Suec. l. VI.*

§. VII.

Necessitatem & utilitatem Magistratus clarissimè etiam evincere possumus ab Heroicæ fortitudinis exemplo, Gloriosissimæ recordationis CAROLI IX. qui patriam ab insidiis & insultibus Polonorum liberavit, qui patriæ leges, qui Regni jura, qui subditorum felicitatē, qui libera exercitia puræ religionis, immaculata ab omni hæresi, ab omni injuria, à seditionū civilium tempestatibus, ab exitio & molitionibus hostiū cunctis, amore, virtute & constanti fide conservavit. Cujus reliqua ingentia in patriam merita, memoria mortaliū, & conscientia posterorum, historica fides, & rerum ab eo gestarum monumenta abundè satis decantant. Vid. Loccen. in vita dicti Regis. (7)

(7) *Hist. Suec. l. VIII.*

§. VIII.

Omniū verò sufficientissimè Magistratus & necessitatem & utilitatem evincit Regum sol, patriæ parens, Germaniæ vindex, hostium domitor, Religionis propugnator, pietatis speculum, fortitudinis palatium, Justitiæ patronus, Heroum exemplar, & totius humani generis decus & idea, Gloriosissimæ & piæ memoriæ GUSTAVUS ADOLPHUS, indice factorum & utriusque orbis unanimi suffragio *Maximus*; cujus inenarrabilem rerum gestarum gloriam, & immensitatem meritorum, quibus patrium Regnum, imo ipsum universum mundum sibi arctissimè devinxit, nemo, nisi nimium rudis, & rerum omnium ignarus, ignorat; cuncti vero admirantur, posteritas loquitur, omnis ætas celebrat; sed nec præsentis seculi facundiæ Phosphori, virique disertissimi tacent

tacent, vel tacebunt unquam. Cui volupe est, tam incomparabilis Herois, Heroici, Divinitus sibi concessi, in discriminibus belli subeundis, imperterritiq; animi signa uberius cognoscere, pervolvat Bog. Philip. (9) in quibus, pietatis & fortitudinis ipsius indicia passim & abunde fatis infallibilia deprehendet, imò certissima. In evidentiam hujusrei perlustretur oratio, piè nominati invictissimi Herois ad milites suos, de fortiter ineundo prælio, habita; in quâ & hæc habentur verba: *Sit sane hostis, quem invadimus, potentissimus, & viribus insignis: Sit exercitatus, longo armorum usu duratus, & cruenti hujus ludi haud insolens: Sit victoriosus & talis, qui inter diuturna bella nusquam interpellato rerum secundarum cursu vinci penè dediderit. Sed quò illustrior hic hostis, èd major vestra, quam eo devicto, estis adepturi, gloria reddetur: Nam omnibus laureis, quas certaminibus reportavit, unico hoc prælio eum exuetis, & omne decus, quod tot annorum curriculo variis laboribus sibi peperit, intra viginti quatuor horarum spatium, vestrum cum DEO proprium erit. Eamus ergo fidenter in hostes & ferrum alacriter stringamus. Deus nobiscum; de quo, conscientia suffragante, certus sum: Ejus ope hostium vires conteremus.* (i) O quàm præclaræ voces, tanto Rege & Heroe (i) Intue dignæ, fortitudinis animi impavidi indicii plenæ! O piæ re diæ. voces, aureis literis omnium cordatiorum Christianorum, Aud. Vo- tam imperantium, quam subditorum, & præsertim rei militari ditorum cordibus inscribendæ! nihil nisi pietatē haud lum. i. p. m. fucatam erga DEUM, inque eum certam & indubitatam 170, 171. fiduciam, de auxilio sibi suisque ferendo, collocatam, præ se ferentes! Huic consimile fortitudinis Pietatisque exemplum altè prædicti Regis & Herois subministrat nobis expeditio Borussica, cum glande plumbeâ ventrem transverberatus, quod lethale vulnus esse putabat, Regem

Regem saucium ex officio Regni Cancellarius AXELIUS Orenstierna/ aliique amici rogassent, & decenter monuissent, ut salutis suæ magis consulere; nec tam manifesto discrimini caput suum offerret: quod si caderet, Omnium periculum & jacturam fore. Rex eos benè sperare jussit: *DEI potentiam, se extincto non imminutum iri. Has partes à DEO sibi creditas, per formidinem non subterfugiendas, aut ignaviam deserendas esse: sibi equidem nihil majori decori fore, quam pro gloria Divinâ, pro patria sua, etiam cum capitis ac vitæ discrimine, arma ferre.* Medicus Regius accitus, ut vulnus consideraret, cum præter alia, se vitæ Regis, nisi sibi in posterum caveret, timere significasset, Rex erecto & læto vultu illum aspiciens, suam non alienam rem agere, noto proverbio jussit: *Ne sutor ultra crepidam.* Quum Chirurgus glandes corpori infixas extrahere non posset; *hæcant,* inquit Rex, *non degeneris vitæ monumenta, magnus Regem de-*

(X) *Locc. cet animus in corpore non effeminato.* (X)

Hist. Spec.

§. 9.

Lib. VIII.

pag. m.

556. 55 seqq

Hanc eandem necessitatem, propitiis fati & cœli favore pulcherrime omnium indigitat Regum honos, Heroum flosculus, hostium terror, DEI progenies, & salutis patriæ nostræ pararius, CAROLUS GUSTAVUS Augustus, alias X. qui vix dum patrii Regni imperio Divinitus concessus, & bonorum votis admotus, gentem *Polonorum* bello adoriri, ut & hostem ultrò invadere atrocibus eorum injuriis, nefandis armis, contumeliis & machinationibus, præter spem coactus fuit occurrere. Nemo certè sic, ut cunq; pergere intendit, transcurrendo iter conficere potest, ac ille Beatissimæ Gloriosissimæq; recordationis Heros: Lithuaniam enim ferè universam, & Poloniam, quæque patet usque Cracoviam, & quæ ejus singularis fuit moderatio, nullo suorum, & minimo hostium sanguine, momento

mento penè debellavit, aut quod non minoris est, in patriam gloriæ & salutis, in fidem recepit; adeo ut necesse sit nobis in hoc discursu nostro, urbes singulas, singulas arces, castella, & oppida, per tot numero devictas, tamque late patentes provincias, vel intermittere, vel subintelligere. Hæc verò singula, quantâ cum Pietate confidentiaque in Deum, animo forti & intrepido, felicitateque summâ confecerit, ex totâ vitâ singulisque rebus gestis Piæ memoriæ Regis nostri quondam clementissimi, à Clariss: *Loccen.* in Historia Svecanâ conscripta abunde, satis superque unicuique ad oculum patet. Singulari verò Heroicæ virtutis spiritu, altè prædictum Regem & Heroem præditum fuisse, ex responso ejus ad plurimorum militiæ suæ Ductorum, dissuadentium Regi, ne cum Polono, hoste tam valido, tot copiis variarum gentium aucto, & exercitum Regis numero copiarum longè superante, prælii discrimen adiret, & semet suosque in præcipitium daret, ita sonante ultra satietatem deprehendere licet: *Fortunam cum vita discrimine tentandam esse, præstare generosam mortem ignava formidini, vel turpi fuga, vel hostili jugo: hic esse campum, in quo ostenderent mundo, quales essent viri.* Parili etiam animi magnitudine & hilaritate vultus Legato Gallico hoc idem prælium dissuadenti respondit: *Se optare hic omnes suos sibi objectari hostes, quos in hoc campo una eademque opera se superaturum speraret.* (λ) O Generosæ voces! ô Heroici pectoris indubitata vestigia! in quo omnis formido penitus exulat! O voces desideratissimæ, caritatis erga cives & patriam plenæ, quibus tantus Rex & Heros vitæ suæ non parcens, pro patria, quam ut modo ab hostili jugo liberet, generosa morte occumbere non detrectat! Hic sanè re & nomine Heros est, in quo istud proverbium veriverbium factum fuit: *Magnos magna decet.*

(λ) Vid.
Locc. Hist.
Svec. lib. IX.
p. m. 784.

Hinc antiquiores Sveci in proverbio habuerunt: *Nånn*
 (μ) *Ronüg* *na ár halt Giarning*; (μ) hoc est, *promptè audere, est*
Syr. pag. *partem dimidiam conficere.* Vetusque aliud illorum in di-
 205. D. 4. *cto autore & loco extat: Giarnr fylge lincó godre nånn*
 S. 23. *no:* (ν) hæc explicat illud Virgilii: *Audentes fortuna juvat,*
di&f. Au. timidusque repellit. Allata antiquorum moderni Sveci
Loco alleg. clarius efferunt: *Frist Modh ár gátt Harnest* (ξ) i.
 (ξ) *inspice* *e. Modh gör meer án Panzar:* idem etiam indigi-
Christoph. tant Germani dicentes: *Frist daran / schlegt halb den*
Grubb *man.* Item: *Frist gewagt / ist halb gewonnen:* hoc
Swenst. etiam comprobatur illud Horatii: (o)
Ordsed. p.

Dimidium facti, qui bene cepit habet.

(o) *in Epist* Sed ut è diverticulo in viam redeam, hinc satis luculen-
 2. ter patet, Gloriosissimæ recordationis Regem, nullo alio
 evidentiori argumento *necessitatem & utilitatem* Magi-
 stratus demonstrare ac evincere potuisse, quàm quod to-
 tam patriam à *Moschorum* assultibus liberavit, quod à
Rutbenorum barbarie & latrociniis eripuit, quod conti-
 nuis diffidiis, pugnis & præliis vindicavit, atque intra
 imperii orbem complexos, in securiorem statum de-
 duxerit. Erga Svecos verò illustria merita sua, magnis
 occasionibus concitata, immensæ eruditionis copiâ
 ac magnitudine, prudentissimis consiliis resplen-
 descentia, perpetuis successibus promota, & exi-
 miis virtutis & gloriæ accessionibus exornata, orbi Ar-
 ctico, terrarumque cum fidelium applausu, bonorum vo-
 tis, hostium fremitu, insigni prudentum admiratione ad-
 probaverit. Quis adeo infans, quæso, qui non probe
 novit, quanto Heroicæ hilaritatis ardore, quantoque fe-
 licitatis præfagio insultationi septem potentissimorum ho-
 stium obviam iverit dictus Gloriosissimæ recordationis
 Rex noster, pacemque & securitatem suorum Martis a-
 lea, hostium internecione, naufragiis, & sexcentis aliis
 belli artibus anxie quæsierit, & victoriam summis peri-
 culis,

culis, multisquē exantlatis laboribus hosti extorserit, & Regno Sveogothico, pluribus, iisque diuturnis belli calamitatibus non saltem defatigato & exsangvi, sed & exitio ac everfioni proximo, singulari cœli clementiâ & bonitate, victrici manu tranquillam pacem, libertatem, & spiritum feliciter restituit, ut Historiæ patriæ & exoticæ passim nobis ostendunt. Non jam tangimus reliqua dicti Augustissimi quondam Regis nostri illustria facinora, in quâ tempore pacis, totis viribus potissimum incubuit, dum ad ferendas, corrigendas, vel amplificandas leges, ad mores subditorum poliendos, ac proponendam doctrinam tam moralem, quam naturalem, ad reparandas urbes, vel novas conficiendas, ad firmanda castella in Regni robur, ad conscribendos milites eosque probè riteque exercendos, omnem animi curam diu noctuque vertebat: Ut si forte iterum externa vis spe citius ingrueret, feliciter eandem repelleret, & masculè ac strenue fuis aureæ pacis turbatoribus, dulcissimæ patriæ omni ex parte optime consuleret. Sed hic jam hæc narranda non suscepimus: hoc tamen sanctè pieque dicimus de hoc nostro Glor. Recor. Rege, aliisque piis Mundi imperatoribus, quod Heroicis suis curis ac vigiliis, & rutissimum Regnorum suorum statum reddant, & hostibus terrorem injiciant, non minus tempore pacis, quàm belli; Juxta testimonium Spiritus Sancti: *Gudh af Himmelen/ Gudh den Högste/ gifver them Rike/ Macht/ Starckheet / Åbro och Härligheet / och för sådana Macht skull/ fruchtar och rådes för them all Land och Folck.* (π)

(π) Dan.
II. v. 37. &
Dan. V.

§. X.

SI quis denique unquam in orbe, præsertim circulo hoc v. 18. 19.
Arctoo fuit, vel nunc est, qui Magistratus *necessitatem*
& *utilitatem* demonstrat, qui patriam nostram ornârit, qui

Rempublicam promoverit, qui omnium Salutem sibi curæ
 cordiq; indefinēter habuerit, habeatq; quiq; ad religionis &
 rerum Divinarum procuratiōem omnē curam converterit,
 ut negotiū æternæ salutis & cultus Numinis Divini in patriā
 nostrā ritè procedat, ut ejus puritas indies succrescat, ut
 improborum hæreticorum doli, præstigiæ, fraudes ac deliria
 evitentur; incomparabilis ille seculi Heros est, Rex sine ex-
 emplo maximus, exemplū Regis Regum, DEI, plane vene-
 randū, prudentiæ receptaculū, pietatis speculum, consilii
 abyssus, bellicarum artium mare, stator securitatis publicæ,
 & incolumitatis Sveciæ restaurator felicissimus, Regum
 terrestrium Sol & antesignanus, Svecorum gaudium, Rex
 omnium nostrūm potentissimus, CAROLUS XI. Au-
 gustus. Quam verò subditos omnes, potissimum autem
 literatos & verbi Divini ministros impensè amat & æsti-
 mat, quamqve propensam in eos voluntatem clementi
 liberalitate, & liberali clementiā declarat, nemo est tam
 stolidus, tam stupidus, tam ineptus, tam infans & rerum
 utilium inanis, qui nesciat; & nemo fuit, vel est
 tam curiosus, tam vigilans, tam doctus, tam sapiens, &
 eruditus, ut hoc idem adhuc satis sufficienter exponere
 possit & edocere. Martem ignorat, & parum ultra nihil
 novit, qui Regum Serenissimi, Regis hujus immensa be-
 neficia in patriam nescit, in quo, in tenerrimo ætatis suæ
 flore, in primis adolescentiæ spatiis, inopinato belli incen-
 dio exoriente, XIX. annorum vix factō, militare visa sunt
 omnia, genus & ingenium, vultus & manus, frons & oculi,
 sermo & consilia, nec sanè visa saltem sunt, sed etiam hoc
 quod spondebant, revera præstiterunt, nec omnium sub-
 ditorum, de Regis sui fortitudinis indiciorum, quæ in
 eo supra annos elucebant, effectibus, avidè summā
 cum voluptate expectantibus non modò satisfecerunt,
 sed supra expectationem, supra Regis ætatem, res hosti
 luctuo-

luctuosas, patriæ gratas, sibi tanto Heroe dignas patra-
 verunt. Nec altè prænominatus Heros, aliorum virtu-
 tis invidus, ipse solus fortitudinis gloriâ inclarescere
 desiderabat; sed etiam militibus suis fortitudinis exem-
 plum existens, eos jam ante ad fortiter capeffendam pu-
 gnam, animosqve eorum ad id satis alacres ac fervidos,
 ut adhuc magis incenderet, cruentum prælium *Lundenſe*
 ingreſſurus, vulgato proverbio iv. Decemb. 1676. adhor-
 tatus est: *Ela Uggem ſonder/ ſå blir inga Bngar af/*
i. e. Döda Blifven/ ſå blir ingen afföda af: (e) Qvod
 ſingulari alacritate & animo imperterritito, exemploqve
 ac adhortatione Regis moti juſſa ejus exequebantur,
 ejusque Heroico ductu per benedictionem Divinam, vi-
 ctoriam & opimam prædam ab hoſtibus reportabant.
 Qvod tanto majori laude, devotiori encomiorum appa-
 ratu, piaque mente decantandum eſt, quanto unicuique
 ſano certo certius conſtat, non unum iſto cruenti belli
 tempore, hoſtium exercitum contra illum ſolum; ſed
 multarum regionum unanimiter conſpirantium vires pu-
 gnaffe, patriamque noſtram funditus evertere, inque
 eadem ſumma imis, & ima ſummis miſcere deſideraſſe.
 Hiſce tamen moleſtiis ac periculis, hoc intolerabili du-
 riſſimoque neceſſitatis telo, non fortiter minus, quàm fe-
 liciter eandem adeo eximebat, ut ſecurâ nunc, per Di-
 vinam gratiam, pace fruamur, quam vix arma priſtino-
 rum Regum in tanta anguſtia, tantoque hoſtium conſlu-
 xu peperere. Ita hoſtem, orbemque in patriæ perni-
 ciam conſpirantem, vel Regium nomen ad reverentiam
 ſui, & patriæ noſtræ compoſuit, & ferrum veneratio
 excutiebat, ut malè ſibi præſagus hoſtilis timor armo-
 rum otium anxie ſvaderet. Pavet etiamnum, DEo laus,
 Potentiſſimi Regis noſtri etiam clauſum in vagina mu-
 cronem hoſtis, quem ſibi fatalem præſentit. Svaviſſi-

mos

(e) vide
 Prov. auct.
 Laurent.
 Zörningz.
 p. m. 137.

mos patriæ somnos Clementissimi Regis nostri parit vigilantia, pacatum in ejus labore otium, in ejus fortuna dies habemus fortunatos, nec jam amplius priorum Regum ingemiscimus fati, quando in hoc Rege nostro CAROLO XI. Augusto, redivivam eorundem imaginem non imparis, quin & longè amplioris & lautioris felicitatis capimus prælagia. Tanta enim animi magnitudo & felicitas in hoc nostro Rege reperitur, indoles inprimis, qua Imperatores mundi omnes prævertit, tanta constantia in subeundis præliis, velocitas in perficiendis rebus, fides in deditos, clementia in captivos, ut illo nemo prudentior, nemo vigilantior, nemo justior, nemo moderatior, nemo clementior, nemo in laboribus fortior, nemo denique benignitate, magnificentia, liberalitate præstantior sit. Huic, ut Plutarchi verba de Julio Cæsare nostra faciamus, *nemo summorum virorum, aut clarissimorum Ducum, Imperatorum, Regumve præferendus unquam est.* Nam si quis unquam *Fabios, Scipiones, Marcellos, Syllam, Marium, utrumque Lucullum, Pompejum, & ipsum Adrianum, Tiberium, Alexandrum, Vespasianum, Augustum,* & horum similes, huic Potentissimo Regi nostro contulerit, ob Regis nostri animi bona, figuræ quædam, umbræ & simulachra tantum sunt. Sileo jam, ne à Disputatore Orator fiam, mores dicti Serenissimi Regis nostri pulcerrimos, vitam inculpatam, præclaram sobrietatem, verecundam modestiam, summam sapientiam, admirabilem munificentiam, continentiam incredibilem, singularem simplicitatem mentis, piam taciturnitatem, cogitationum altitudinem & mundiciem, temperantiam laudatissimam, invictissimam animi fortitudinem, jucundissimam comitatem & affabilitatem, justitiam incorruptam, caritatem in omnes subditos ardentissimam, prudentiam maximam, patientiam invictam, Divini amoris ardorem, reliquas omnes deniq;

virtu-

virtutes, quibus ita exornatus coruscat, ut non terrarum saltè orbem virtutum claritate obumbrare, sed & cœlum ferè ipsum Divinitatis cujusdam Majestate æquare videatur. Hoc tamendico, quod in pura religione & Sacris procurandis omnes ætatis & industriæ nervos intendit, ut media salutis nostræ, & Divini cultus serenitas indies magis magisque in Patriâ nostrâ dulcissimâ inclarescat, capiatque incrementa: ita semper belli tempore bellum gessit, ut omnes subditi in pace vixerint, ita pacem inter arma, & undiquaque furentes bellorum strepitus, ita seculi lucem & æternitatis vectigalem, sapientiam, seminaria Ecclesiæ & Reipublicæ, Academias & liberalium disciplinarum ac artium domicilia inter ipsos Martis gradivilituos incentivos, ac fremitus conservavit, ut domi nec defuerint consilia saluberrima, nec mala belli ulli, præter hostem regni publicum ferè animadverterint. Cum igitur tanta sint longè Clementissimi Regis nostri Heroici animi bona, quibus quemcunque etiam vilissimum subditorum suorum, præcipuè verò literarum cultores, paupertatis mole & onere pressos, erigit atque sublevat, non est quo grati animi argumento id rependi queat, nisi ut infinitasemper votorum myriades, ex imis cordis penetralibus cernui ad DEUM Ter optimum Ter maximum fundamus, quò CAROLUS XI. Augustus, Patriæ Pater, subditorum in utrâque fortunâ gaudium, oppressorum solatium, Heros invictissimus, Rex noster Clementissimus, cum Serenissima Matre vidua, & Augustissima thori Socia, Heroïna ULDRICA ELEONORA, patriæ dulcissimæ matre omnium longè optima, Regina Potentissima, Pietatis & clementiæ laudè undiquaque condecoratissima, literarum splendore maxime inlyta, palmam non saltem Reginis singulis & omnibus, sed & toti sexui facile præripiente: cum carissimis

mis pignoribus Regiis, in felicitatem imperii, & Regni Svecici salutem indubiam natis, CAROLO videlicet XII. Principe nostro Clementissimo, nomen & omen serenissimi Parentis sui habente, in quo magnæ indolis & patriæ Heroicæ virtutis signa certissima, & admirandæ jam in tenerrima ætate Divini ac stupendi ingenii stricturæ, maximi olim futuri luminis indices, veluti ex sole aliquo infantia nebulis circumfuso, emicant, & utraqve Principe nunquam defutura sobole Regiæ stirpis, quàm diutissimè sospes vivat, & nunquam hujus suæ felicitatis fortunæq; occasum experiens, tot faciliè obnoxiam fluctibus Patriæ onerariam, remo Heroicæ fortitudinis & consiliorum salutarium impulsu, ad insulas impellat nunquam non Fortunatas !!!

§. XI.

EX hisce omnibus serenissimi Regis nostri cumulatis-
 Emis in patriam beneficiis, tonsoribus lippisque ad o-
 culum patet, quàm salutare, quamque necessarium & u-
 tile donum Dei subditis sit Magistratus. Quid enim a-
 liud est, quàm confusio civitatis, & Reipublicæ turbu-
 lentissima ac perniciosissima conditio, nutans, & ever-
 sioni proxima, ubi nulla Lex? at nulla Lex vel esse, vel
 vigere potest, ubi nullus est Magistratus, qui Leges fer-
 re, & latas utilitate publica hoc svadente in alias melio-
 res, vel immutare, vel priores salutare in vigore conserva-
 re possit, & debeat; alioquin hic locum ultrò invenit
 vulgatum illud Proverbium: *Lagh vthan Straff/ år*
Klocka vthan Kläpp. (σ) Nec incommodè huc referri
 potest dictum istud Cæsaris Ferdinandi I. quod pro sym-
 bolo usurpasse fertur: *Fiat justitia aut pereat mundus.*
 Neque abludit hinc illud Proverbium: *Lagh och Rätt*
styrer Herre och Knecht: id est, Lagen håller både Fat-
tigh och Rätt i lydna. (τ) Unde & Cicero dixit: *Jus &*
æquum

(σ) Swēst
 Ordasēd.
 p. m. 443.

(τ) *ibidem*
 p. m. 444.

æquum sunt vincula civitatum. Hanc sententiam confirmat Augustinus, inquit: *Remotâ justitiâ, quid sunt Regna, nisi magna latrocinia?* Unde & Plato *justitiam fulcrum civitatum appellat.* Adductis sic encomiis Legum & justitiæ, ex quibus etiam necessitas & utilitas earum firmatur quam maximè; non speramus quempiam saniorum adeo perfrictæ frontis fore, cui de Magistratus, legum fundatoris & Justitiæ promotoris *necessitate & utilitate* summa ullum dubium suboriri possit, nisi ipsa principia neget, & immotæ veritatis canoni ita sonanti: *Qualis est effectus, talis etiam est causa,* contradicat; in hoc enim officium Magistratus consistit, ut rectè præsit, & præscribat recta ac utilia juxta, versum Hesiodi: allegante Grubb. (v)

(v) Euseb.
Drsed.
Pag. 444.

Hoc uno Reges olim sunt sine creati,

Dicere jus populis, injustaque tollere facta.

Huc quoque spectant versus illi Oveni: dicente quoque Laurent Törning. (φ)

Lex sine Rege, velut lumen sine Sole fuisset:

Rex sine Lege, velut Sol sine luce foret,

Grege Regem primo legit, Rex cum grege legens

Condidit: hinc legem Rex regit, atq; gregem.

(φ) In
Auct. Pro-
verb. Spec,
pag. 33.

Non injuria igitur salutari meretur Magistratus arbor illa procera & latissimis ramis diffusa, (χ) sub qua aluntur, cur jusq; in umbrâ secure pascuntur, tutoque quiescunt subditi. Næ vel eò æstimabilis est utilitas Magistratus, in subditos redundans, quod sub hujus regimine & patrocinio omnes vitæ sustentandæ præsidia sibi quærant, sumptus ad gubernationem conferant necessarios, reverentiâ & amore prosequantur Magistratum, quem si odio habent, illis ipsis exitio vertitur & ruinæ. Cujus horrendum exemplum habemus in *Miriam*, sorore germana *Mosis*, quo modo ea ob irrisionem ejus leprosa facta fuerit. (ψ) E-

(χ) Ezech.
xxxii. 6.
Dan. iv. 7,
8. 9.

(ψ) Nū. xii.
1. 2. 10. 11.

videntissimè hoc ipsum comprobat tremendum exemplum *Cborach, Dathan & Abiram*, seditionem contra Mo-
sen moventium, qui à DEO, tanquam justo iudice, pro-
pter contumaciam & seditionem vivi in infernum sunt
præcipitati, ubi igne ac sulphure inextingvibili in æter-
nis tenebris miserrimè torquentur, & inobedientiæ suæ

(ω) Num.

XVI. v. 2. 32

33

(α) Lib VIII
Pæd.

(β) Serm.
XIV.

(γ) in A
Pythag.

Serm. XLV.

pœnas luunt. (ω) *Utilitatem ex veneratione Magistra-
tus profluentem scire admodum innuebat Xenophon: (α)
Principi obedire, maximum adparet esse bonum, ad conse-
quenda bona. Solon interrogatus, quomodo Civitas in o-
ptimo statu posset degere? respondit: Si cives Magistra-
tui obediant; Magistratus vero legibus. Stobæus. (β) Ari-
stoxenus, citante eodem Stobæo, (γ) Subditos putabant Py-
thagorei scilicet non morigeros tantum, sed amantes quo-
que Magistratum esse oportere. Prodest etiam nobis sci-
entiarum cultoribus Magistratus: priscis quippe temporibus, quid magis impedimento & exitio fuit literarum
alumnis, quàm assidua bellorum incendia, quæ non mo-
dò victum, amictum & libros, sed etiam ipsa pietatis
virtutumque seminaria, Academias scilicet & literarum
officinas abstulerunt illis; nunc verò summa Numinis in-
dulgentia studiis nostris invigilare licet, finemque illo-
rum feliciter attingere. Prodest denique Magistratus
clemens marito, in dulci matrimonio viventi cum uxore,
uxori in obediendo viro, Domino in regendo ser-
vo, servo in exequendis mandatis heri sui, parentibus in
educandis & castigandis liberis, liberis in obsequendis &
honorandis parentibus, præceptoribus in informandis &
instituendis discipulis, discipulis in imitandis præceptoribus.
Prodest etiam Magistratus universo generi humano,
sine quo homines in mutuam perniciem & cædes promiscuas
ruerent, & susque deque habitis iustis acquirendi
modis, robustiores invalidiores bonis suis magno labore
sum-*

summaque molestia partis, spoliarent, imò illa defendentes sapenumberò vita ipsa privarent, & sic homines subjectione Magistratus soluti, instar rabidissimarum ferarum se invicem dilaniarent, iisq; ferocia vel æquipararentur, vel anteverterent. Vide hac de re ulterius discursum: (d) Nu thår sum manga manna samqwendur år/ ther wil hwar filgia och fråmia wilia sinom/ of ther af kombir misåmia of ilwili manna mällom. Of af misåmia kombir dela/ of af delo kombir Slag och Dråp/ of dråpe inbyrdis kombir derwilse Allmogens hade til Lif och Godz. Of ty torf Allmoge styrelse hawta/ the han ma styra och rada til frid och frålse/ of til goda sãmio inbyrdes/ of then ma of twåria medh makt of godom Rådum firr otwinnum thera. Of then hawår Allmoge of alder kallat Runung of Håfdinga sin. h. e. *Jam ubi multi cœunt, ubi quilibet vult suam sequi animi sententiam, eamque præferre sententia aliorum, unde discordia & dissociatio animorum. Ex discordia oriuntur lites, ex litibus pugna cadesque, ex cadibus verò perniciēs multitudinis, cum respectu vite, tum respectu fortunarum. Sic necessarium multitudini fit imperium, quod pacem & securitatem svadeat, mutuamque inter omnes concordiam, hostesquè viribus consiliisquè bonis arceat. Quod qui habet, eum antiquissimus inde temporibus multitudo nominavit Regem suum, atque caput, seu Imperatorem.*

(d) in Rununga styrelsen. pag. 10. 11. & 12. D. 1. S. 14.

§. XII.

Hinc verò per benedictionem Divinam Magistratum potestate gladii instructum constituentem, impetus illi brutales arcentur, hominesque mitiores redduntur, imò adeò, ut jam in omnium animis altas radices egisse videatur dictum illud Ovidii, ita sonans:

Inde data leges ne fortior omnia posset.

Cujus effati sensus communi Proverbio Svecano sic effertur: *Det gjäller Lagh och icke slag*: huic affonat Proverbium illud Hebræorum: *Nisi potestas publica esset, alter alterum vivum deglutiret*: Cui Chrysostomus (e) favet, inqviens: τῶν πλεων τὰς ἀρχοντας ἀν. θρησίων ἀλόγων ἀλογώτερον βιωσομεθα βίον, δάκνοντες ἀλλήλους καὶ κατεσιόντες, h. e. *nisi rectores civitatum essent, feriores feris viveremus vitam, non mordentes tantum; sed & vorantes alios alii.* Utilis denique & necessarius Magistratus est omnibus hominibus, in utraqve, tum prospera, tum adversa fortuna constitutis; illis ut à clementi Magistratu sibi gratulentur, his ut de ope & solatio ferendo sibi solentur & sperent. Idem etiam nobiscum hac in re sentit Runung: Snyrellsen/(O) verba Hagiographi Davidis inferens: *Se huru gott of mykin Glædi thet är/ byggia saman i samwaru bade saman / then Rika of Fatteta: the Rike mago hafwa hedur of gagn / fatöka manna Godz of penningom. Of thet är Almogans Gagn of Glædi / swa saman wara medh Frid of Sämio inbyrdis. i. e. Ecce quam bonum & jucundum habitare in unum divitem & pauperem, ut divites habeant honorem & gloriam, pauperes opes & pecunias. Hæcque salus est suavitasque multitudinis communis, cum consociatione tali vivitur in pace atque mutua concordia. Sine igitur legitimo Magistratu, laudabilis constitutio societatum, tuta tranquillitas & pacatus Reipublicæ status ne sperari quidem, multò minus consistere potest. Huc pertinent Augustini verba: (η) *Magistratus si abstuleris, perierint omnia, non urbes stabunt, non agri, non forum, nec quicquam aliud; evententur omnia & fortioris esca fiet quilibet infirmior.* Hunc igitur tam clementer Divinitus nobis concessum Magistratus ordinem reverenter habere, ex imo corde venerari,*

(e) vid.
Hug. Grot.
l. I. p. m. 82.

(O) pag. 10.
D. L. § 13.

(η) in lib.
de civit.
Dei.

rari, toto pectore exosculari, colere, omnes & singulos subditos quam maximè decet Christianos. Idque vel i-
 deo maximè, quia idem fecere Ethnici. Nec immeritò, ut
 apud Curtium est, Regium nomen gentes, quæ sub Re-
 gibus sunt, pro DEO colunt. (9) Cui congruit illud Artabani
 Persæ: (ι) ἡμῖν δὲ πολλῶν νόμων ἔ καλῶν ὄντων κάλλιστος ἔστι θεῶν, 546. 547.
 τὸ πρῶτον βασιλεία, καὶ προσκυνοῦν εἰκόνα θεῶν τὰ πάντα σὺ ζωντο. (ι) Vide
 h. e. Nobis inter leges multas easque bonas, hæc optima est, Grot. de I.
 Regem colendum & adorandum, ut DEi cunctis sospitantis B. & P. lib.
 effigiem. Huc respexisse videtur sapiens ille Seneca: (κ) 1. S. VII. pag.
 Principes Regesque, & quocumque alio nomine sunt tutores m. 88.
 status publici, non est mirum amari ultra privatas etiam (κ) lib. I.
 necessitudines. Nam si sanis hominibus publica privatis cap. 4. de
 potiora sunt: sequitur, ut is quoque carior sit, in quem se clement.
 Respublica convertit. Omnium igitur pessimi, imò ma-
 ledicti sunt, qui Magistratui non modò obmurmurant, sed
 etiam in corde suo maledicunt, & clam vitæ ejus insidias
 struunt: Ethnicis longè pejores, qui Reges suos inviola-
 biles & sanctos habendos esse voluerunt, prout patet ex
 Scriptore Problematum, quæ Aristotelis nomen præ se
 ferunt: ὁ κακῆροῦν τὸν ἄρχοντα, εἰς τὴν πόλιν ὑβρίζει. hoc est,
 Qui Reſtori maledicit, in civitatem est injurius. Hoc i-
 dem approbat & clarius exponit S. pagina. (λ) Diis non (λ) Exod.
 maledices, & Principi in populo tuo non maledices. Hinc xxii. 28.
 & pœnitentia tactum Davidem legimus, quod vestem Re-
 giam Sauls violasset; (μ) tantam intelligebat personæ i- (μ) 1. Sam.
 stitius sanctitudinem esse, ut crimen læsæ Majestatis se fe- xxiv. 6.
 cisse anxie doleret. Huc etiam non incommode allegari
 possunt verba Josephi: (ν) μεθρησῆσας δὲ εὐθὺς ἔδίκαιον εἶπε (ν) de Da-
 φονεύειν τὴν ἑαυτῆς δεσπότην, i. e. Sed statim pœnitentia ductus, vide
 injustum facinus esse dixit, dominum suum occidere. Scitè (ξ) lib. I. de
 etiam admodum, non secus ac Christianus, sapiens ille Clem. c. III.
 Seneca: (ξ) Somnum ejus, scil. Regis, nocturnis excubiis p. m. 431. 432
 muni-

*muniunt: latera objecti circumfusique defendunt: incur-
rentibus periculis se opponunt. Non hic est sine ratione po-
pulis urbibusque consensus, sic protegendi amandique Re-
ges, & se suaque jactandi, quocumque desideraverit impe-
rantis salus. Nec hac vilitas sui est aut dementia, pro uno
capite tot millia excipere ferrum, ac multis mortibus u-
nam animam redimere, nonnunquam senis & invalidi.
Hoc ipsum loco citato confirmare pergit: Sic hac immen-
sa multitudo unius anima circumdata, illius spiritu regi-
tur, illius ratione flectitur, pressura se ac fractura viribus
suis, nisi consilio sustineretur. Si igitur Ethnici piè adeo
& sancte, utut extra statum gratiæ constituti, sentiebant
de Regibus suis, quanto magis Christianis, Spiritus Sancti
illuminatione illustratis necessariò incumbit, suis Regi-
bus morem gerere, debita pendere officia, tributa ac ve-
ctigalia iisdem serena fronte, lubenti animo, & alacri
pectore, pro modulo facultatum, omni animi nisu ac in-
defesso studio in grati animi, subjectionis, & obsequii
tesseram, pro infinitis utilitatibus & commodis, quibus
quemcunque subditorum suorum beat. Pertinenter ad-*

(o) teste H. modum & commodè hanc in rem locutus est suo tempo-
Grot. de I. re Ethnicus ille Philo (o) περι Φυπεργίας: καὶ ἰδὲ ἀργυροῦς
B. & pacis τε καὶ Χρυσός, καὶ ὅσα ἄλλα κειμήλια ὄντα τῆς ἀρχαίων ἡ-
L. I. p. m. 10. σωθε Φυλακείαι: τῶν ἡγευμένων μᾶλλον ἢ τῶν ἐχόντων ὄντιν h. e.
in Anno- Certè argentum, aarum, & qua pretiosa alia apud subdi-
tatis ad c. 1. tos custodiuntur, eorum qui regnant, magis sunt, quam
S. VI. possidentium. Cui sententiæ etiam album calculum ad-
(π) vid. E. dit Divus Ambrosius, (π) inquires: Si tributum petit Im-
p. f. 32. - perator, non negamus, agri Ecclesia solvunt tributum; si
agros desiderat Imperator, potestatem habet vindicando-
rum, nemo nostrum intervenit, tollat eos, si libitum est.
Imperator non dono, sed non nego. Idem sentit Plinius
in Panegyrico: Cujus est, scil. Regis, quicquid est omni-
um,

um, tantum ipse quantum omnes habent. Et mox loco citato subjungit: *Ecquid Caesar non suum videat?* Huc facit & illud Ciceronianum de Officiis: (ρ) *Si contentio quaedam & comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum officii, Principes sunt, patria, & parentes, quorum beneficiis maxime obligati sumus; proximi, liberi, totaque domus, quæ spectat in nos solos, neque aliud ullum potest habere perfugium.* In evidentiam hujus addatur etiam notatu dignissimum illud Senecæ dictum: (σ) *Æquissima vox est, & jus gentium præ se ferens, Redde, quod debes. Intueamini adhuc aureum quoddam effatum dicti Senecæ: (τ) querimus dignissimos, quibus nostra tradamus. Quinam vero digniores, qui magis de nobis meriti? quibus nostra bona, in quantum facultates permittunt, tradamus, quam serenissimi Imperatores, Clementissimi Reges, & Magistratus optimi? His igitur devotâ mentè, pio corde, promptâ manu summoque desiderio non munera, sed debita obsequii symbola offeramus, quod vel tacentibus nobis rotundè satis & evidentissimè injungunt varia S. Sacræ loca, utpote (υ) *Reddite quæ sunt Caesaris* (υ) *Marth. Casari, & quæ sunt DEi, DEO. Reddite omnibus, quod debetis: cui tributum debetur, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem.* (φ) Huc facit monitio Christi ad Petrum (χ)*

(ρ) *vid. dict. Aut. citat. c. S. VII.*

(σ) *lib. III. de benef. cap. 14.*

(τ) *lib. IV. cap. II.*

(υ) *Marth. XXII. 22.*

(φ) *Rom. XIII. 7.*

(χ) *Matt. XVII. 27.*

S. XIII.

Magistratu proinde nihil salutarium, nihil utilius, nihil deniq; magis necessariū, cujus sub regimine non modo ii, quibus alma parens natura sensū concessit; sed etiam agri, prata, fontes, Sylvæ, tecta & parietes lætari quasi & gaudiis exultare videntur. Unde non impertinenter huc spectant verba, quæ habentur in (ψ) *Alt thet skapat ar/ ocf sif ma hawa siva alla annorled/ til then Unda thet ar til skapat/ thet thorf hawa alla* (ψ) *Ru- nung: Styrelse. p. 3. D. 1. S. 1. alla*

illa ma thet affledes ganga of skõt förwarda. Quæ verba B. Johannes Schefferus Profel. Upsal: quondam celeberrimus sic vertit: *Quicquid est conditum, id siue hoc, siue alio sese habeat modo, ut sit conveniens fini, cujus conditum est causa, regimine indiget, quippe sine quo aberrat interciditve penitus.* Historiam quandam elegantissimam imò notatu dignissimam, necessitatem & utilitatem Magistratus, luce meridiana clarius demonst-

(ω) lib. de Regno & Regi institutione p. 570. & 571
 (α) lib. IX, Tit. II.

tem, refert *Franciscus Patricius*, (ω) Quomodo exercitus Macedonicus, qui sine Rege ductore in ejus minorennitate & absentia bellum gerens, magna ex parte casus, reliqua verò in fugam conversa; adveniente illo quam primum Illyrios superat & victor existit; quam historiam prædictus auctor (α) sic ordine enarrat, & prolixius exponit: *Philippus Priscus Macedonum Rex, qui ex magnis atavis Alexandri fuit, immatura morte discedens, Europum vix anniculum filium unicum, quem habebat, regni successorem reliquit. Illyrici verò populi eo tempore ferocissimi, in re bellica strenui, contempta infantis Regis ætate, Macedonas bello aggrediuntur, quos primopralio superatos, compluribus casis, in fugam convertunt. Atqui quum anxio animo, quid agerent, Macedones essent, moniti sunt à peritis rerum divinarum, eos idcirco succumbere, quoniam Regis auspiciis carerent. Tunc vero instaurato bello, Regem suum pusillum (ut erat) ante aciem statuerunt, & conserto rursus pralio, quasi Regio ductu, magnà virtute ac felicitate pugnam ineunt, & Illyrios plurima strage edita in turpem fugam convertunt: & quàm modò victi de propriis mœnibus tuendis cogitabant, victores magna cum gloria evaserunt, planeq; docuerunt, Regem, non virtutem, eis in superiori pralio defuisse. Huic rei ulterius illustrandæ, haud parum servit laudabile factum Atheniensium, qui cum infeliciter pugnarent contra Dorienjes*

rienses, oraculo moniti sunt id eis accidere, quoniam Regis auspiciis destituti essent. Proinde Codrum, Thracum Regem, Imperatorem elegerunt, cujus auspiciis ac ductu bellum instaurarunt. Et quamvis non civis Atheniensis, sed peregrinus & advena esset, tamen hic Rex tanti Atheniensium victoriam fecit, postquam cognovit numinis responso exercitum illum fore victorem, cujus Imperator ab hoste caderetur, ut mutato confestim habitu pannosus mendici in morem, & sarmenta collo bajulans, hostium castra penetraverit, illic à milite, quem astu falce vulneraverat, interfici non agre tulerit. Dorienses verò ut primum Regis cadaver cognoverunt, omisso praelio, discesserunt: Sic Athenienses Regio auspicio à difficili bello liberantur, in quo pares per Rempublicam esse non poterant.

§ XIV.

EVictà ita firmissimè *Origine* Magistratus Divina, ejusdem *Necessitate & Utilitate*, ratio methodi & natura ordinis svadet, ut non in totum intactas relinqvamus eorum opiniones, qui non attento, quod sicut DEI est in omnia imperium, ita ab eodem illiusque imperio sunt omnes Reges in terra, soli DEO, Domino suo absolutissimo, subditi, à quo sunt secundi, post quem primi, ante omnes & supra omnes intra ditionis suæ pomœria complexos, qui ex humana vita Reges & Imperantes tollere voluerunt, dicentes ac prætendentes Reges & imperantes non esse à DEO propitio, sed irato, & pœnæ loco generi humano præfectos, ideoque morum auctoritatem & functionem eorum non immediatè à DEO introductam, neque ex jure Divino; sed duntaxat ex jure Positivo, seu gentium, obedientiamque Regibus non alio respectu deberi, quàm propter bonum ordinem. Hos inter familiam ducunt non modò anarchi & ἀτακτοι homines, sed & olim fuerunt *Donatista*, & hodie *Jesuite* quidam, *Anabaptista*, aliique hæretici, utpote *Machiavellus*,

Bodinus & Tileman, qui impuro ore dixisse leguntur, respectu causæ primæ, Regum autoritatem & imperia legitima esse; sed respectu causarum intermediarum, omnes Reges & Imperantes per vim primùm constitutos esse, & ita imperandi rationem suâ naturâ violentam, autoritatemque & inanem imperandi pruritum *causam effici-*

(β) Hug. *cipientem esse.* Neq; satis piè & reverenter, (β) licet alias *Grot. de I* vir acutissimus & prudentiæ laude clarus, adseruisse nobis videtur, qui dicit potestatem civilem ab hominibus originem ducere, quam ideo humanam ordinationem seu *B. & pac. lib. 1. cap. II. §. VII. p. 30. & lib. I. κτισιν ἀνθρώπων* vocavit; (γ) Divinam verò ordinationem *cap. IV. §. 7. pag. 105.* alibi vocari, quia hominum salubre institutum DEUS approbavit. Sed Resp. quod Paulus instinctu Spiritus Sancti, aliud probat, cujus hæc sunt ἐμφατικώτατα, & valdè ponderosa verba, (δ) ἐξ οὐκ ἐστὶν ἐξουσία εἰ μὴ ὑπὸ θεῶν, h. e. *(δ) Rom. XIII. 1.* non est potestas, nisi à DEO. Ter repetit (ε) hanc propositionem: Magistratus est Διάκονος καὶ λειτουργός θεῶν, h. e. *(ε) cit. cap. 4. 6.* Minister DEI: hinc qui non intelligit immediatum à DEO ortum, est & ratione oculorum fidei, & corporis, cæcor talpâ, & omni judicio caret. Verba Apostoli Petri ab illo allegata quod concernit, sciendum, ut ex ipso textu patet, non *potestatem* ipsam, de qua nobis sermo est, sed personas, quibus per designationem hominum obvenit, intelligi. Subjunguntur enim huic creaturæ ab Apostolo suæ quasi species, Rex, Præses, legatus, quia per homines, inter homines potestatem suam DEUS exercere voluit. Notandum igitur, quod Petrus locutus sit non ἀλλοιο-λογικῶς, h. e. originaliter, sive ratione causæ principalis, quasi hic ordo πρώτως & principaliter ab hominibus sit introductus, vel ab hominibus primò excogitatus, sed διακονικῶς, h. e. Ministerialiter, sive ratione causæ ministerialis. Devotè igitur expendi debet illud Apostolicum: *Subditi estote non tantùm propter pœnam, sed & propter con-*

conscientiam. Hoc etiam notatu dignum, quod Magistratus dicatur humana ordinatio *materialiter & subjective*, h. e. respectu materiæ in quâ; quia Magistratus ab hominibus geritur. DEO enim placuit, non per Angelos, sed per homines, nobis similibus affectibus obnoxios, terrarum orbem gubernari. Hanc ob causam Syrus Paraphrastes reposuit; *estote subjecti filii hominum omnibus*; quasi diceret, quanquam illi, qui Magistratum gerunt, sint homines, ac propterea humanis infirmitatibus obnoxii, tamen illis subjecti estote *ἀλλὰ κύριον*, propter Dominum. Ultimo tenendum, Magistratum dici creaturam humanam *πλικῶς*, h. e. *finaliter*, sive ratione finis cui, quia Magistratus ad hominum reliquorum bonum, commodum & conservationem est ordinatus à DEO, quasi diceret: subjecti estote Magistratui, quia est *κτίσις ἀνθρώπινη*, *creatura humana*, hoc est in vestram ipsorum salutem atque bonum à DEO constitutus. Nullius etiam momenti est illud ratiocinium, quod Hugo Grotius habet, quasi per *adprobationem DEi institutum hominum*, *Divina ordinatio dicatur.* Altius hic assurgendum, & subjungenda demum institutioni approbatio. Approbat DEUS, quod instituit, quia hæc non habent se *ἀντιφατικῶς*, sed *ὑπαλλήλως*. Pariter absurdè quis dicere posset: *DEUS approbavit omnia bona esse, quæ creata fuerunt, ergo ea non creavit, condidit & constituit* talia. Manet igitur inconcussum, Magistratum Divinitus esse, sive institutionem, sive conservationem, sive confirmationem, sive operationem, quis spectare velit. Non incommodè huc spectat quod Dion Halicar. dicit: (ζ) *Omnibus hæc Natura Lex est communis, quam* (ζ) *lib. I. Antiq. Rom. cap. 5. de imperio.*
nullum abolebit tempus, ut inferiores pareant superioribus, & potiores imperent inferioribus; proinde contraria Magistratui molientes, meritò dicuntur supremis potestatibus, non minus quam ipsi DEO, titanico conatu oblectari. Ne-

que quicquam valent illorum argumenta, qui dicunt priorem Magistratu populum esse, ideo non nisi propter populum constitutum esse, & ita per consequens ordinatum à solis hominibus. Quamvis enim Magistratus imperandi actu subditis seu populo posterior sit, quamvis conditus seu creatus sit ad populi commissi bonum, in terris promovendum, nihil summæ potestati decedit exinde, nec propterea Magistratus subjicitur subditis. Nisi aut creaturæ rationales infra bestias abjiciendi, propterea quod hæ prius conditæ: aut sues, oves, boves, anseres, capri præferendi pastoribus, quia propter eos constituti sunt. Nos hanc fovemus sententiam: non esse omnia quæ ad invicem sunt ordinata, ejusdem dignitatis aut gradus, multò minùs inferiora semper, quæ utilitatem sui præstant aliis. Cor autem & membra vitalia cæteris antestare integrantibus, nemo ambigit, & his tamen vitam subministrare. Caput etiam arcem & sedem rationis, reliquis membris nobilitate anteponi, & quàm maximè infervire patet, quemadmodum suo tempore pulchrè satis indigitavit *Morus*:

Totum est unus homo regnum, idq; cobaret amore.

Rex caput est, populus cætera membra facit.

Obsequium igitur promptissimum præstandum est omnibus & singulis, quibus DEUS summum indulsit rerum iudicium, sive probi sint, ut semper omnino esse debent: sive improbi, ut sæpè esse solent: omnes enim, ut multoties dictum DEI ministri sunt, omnes Deorum instar, omnes DEI vices gerunt. Et qui dedit *Mario*, ipse quoque *Cajo Cesari*, qui *Augusto*, ipse & *Neroni*, qui *Vespasianis*, vel patri vel filio, svavissimis Imperatoribus, ipse *Domitiano* longè crudelissimo. Et ne per singulos ire necesse sit, qui *Constantino* Christiano, ipse etiam Apostatæ *Juliano* plenissimam justè regnandi potestatem dedit. Hinc palam

palam fit, omni Magistratui post DEUM & obedientiam & reverentiam præstandam esse; Exemplo populi Israelitici dicentis: *Tu accedas, (puta Moses) & audi cuncta, que dixeris Dominus Deus noster Tibi, & tu loquere ad nos, audientes Tibi faciemus ea.* (7) *Et ad Josuam: Omnia qui præceperis nobis, faciemus, & quocumq; miseris, ibimus: sicut obedimus in cunctis Mose, ita obediemus & Tibi.* (8) *Qui tradiderit ori tuo, & non obedierit cunctis sermonibus tuis, quos præceperis ei, moriatur.* (1)

(7) Deut. v.
 (8) Jos. I.
 16. 17.
 (1) v. 18.

§. XV.

VOS igitur ô Europeorum Regum Principumve cives, ô fortia & generosa pectora, ô subditi, ô populi, vos inquam, ubicumq; estis spirantes Regnorum nervi, & vegetantia capitum vestrorum membra, quæ à Servatore summo capite CHRISTO nomen accepistis, alloquimur, rogamus & obtestamur; Vos nobiscum supplices & cernui, DEI pacis, DEI justitiæ, Regnorum omnium aterni statoris genibus advolvite, piè & devotè, juxta adhortationem Apostoli, (x) *voventes; ut Reges Principesve vestri diu imperiis felices vivant, diu Regis suis profapiis, vivant & nobis!* ac luce illa felicitatis Divinæ & justitiæ, quam ipsis cœli favor, genus, virtus, & summa prudentia, multiplices optimè ac suavissimè conspirantium qualitatium faces accendebant, diu Regna sua serenent, eorum limites firment, feroces spiritus suppressant, & se invicem amicè corroborent, in Ecclesiæ DEI, CHRISTI sanguine carè emptæ ædificationem, & salutem sui potissimum & populi!!

CAPUT SECUNDUM.

De

Definitione Magistratus per *Successionem*.

§. 1.

*S*ine Definitione omnis res manet obscura.

§. 2.

Vocabulum Magistratus est
πολύσημον.

§. 3.

Succincta Definitio Magistratus per *Successionem*.

§. 4.

Explicatio nostra Definitionis, & refutatio aliorum Definitionis per potestatem.

§. 5.

Magistratui supereminenti reverentiam debet Politicus & Ecclesiasticus omnis.

§. 6.

Successio Hæreditaria, sicut DEO maximè grata, ita ferè semper per omnes IV. Monarchias floruit.

§. 7.

Vocula Parentis abunde explicatur; filius Patrem defunctum representat,

§. 8.

Adjuncta vera Majestatis Definitioni inserta exponuntur, & unus Imperator pluribus multis modis subditis utilior.

§. 9.

Jus Regnandi Regibus competentis, non est purum putum Personale, sed verè Reale quid.

§. 10.

Sveo-Gothos & Fennones armorum glorià omni mundi tempore fuisse longè Clarissimos, publica fides docet.

§. 11.

CAROLI QUINTI Imp. ut & Pet. Trecent. Galli, Crantzii, Saxon. Gram. Ziegler. & Chytræi &c. de iisdem gentibus Elogia.

§. 12.

Definitionis continuata evolutio. Multitudo Imperantium natura inimica est.

Hisce ita pro ratione instituti prælibatis, cum jam certum sit ac evictum, non nisi ab ipso DEO deducendam esse originem omnis Magistratus, non abs re nos facturos arbitramur, si proximius in naturam & ingenium Magistratus investigaverimus, quod commodius & faciliori via fieri non putamus, quàm ut I. *ἔσσαν* seu *essentiam* Magistratus definitione aliqua contemplandâ auspicemur: sine definitionibus enim certis quid firmum ac stabile futurum sit, constitui nihil potest, siquidem est *λόγος τῆς ἔσσης, καὶ ἀρχὴ ἀποδείξεως*, dicente partim Scaligero, partim Aristotele. Ab hac igitur meritò discursum nostrum ordimur, quâ definitione pensculatiùs consideratâ, quàm utilis, salutaris & necessarius sit Magistratus per Successionem, apparebit. Duplex verò definitio in Logicorum Schola tradi solet, *Nominalis* & *realis*. *Illae etymologiam, Synonymiam & Homonymiam* tradit; *Hæc* ipsius rei quidditatem & essentiam exprimit, constatque genere & differentia. Ultramque hæc in dissertatione delibabimus: in *illa* breviores, in *hac* fusiores ducturi lineolas. II. Proprietates, quæ Magistratui inesse debent, nec non ejusdem officia propria considerabimus.

(λ)

(λ) cap. III.
hujus Dis
spuat.

S. II.

Definitio *nominalis* evolvit. I. *ἐτυμολογίαν*, seu originem vocis, quam omnes Politico-Philologi adferunt derivari à *Magistro*, quod significat *regere, gubernare, & moderari*; exinde etiam solenni invaluit usu, ut Romanorum *Dictatores* in summâ collocati regiminis potestate Magistrati dicerentur. II. Tollit *ὀμωνυμίαν*: non enim tantùm consideratur Magistratus hic in sensu *abstractivo & formali*, pro officio & potestate civili à DEO ordinata; sed & potissimum in sensu *concretivo & materiali*, pro perso-

persona, quæ officio & potestate fungitur. Sumitur etiam in sensu *abusivo* nomen Magistratus, promiscuè pro quocunque eo, qui aliqua potestate gaudet: quæ acceptio hic loci non attenditur, prout, ex iis, quæ inferius inculcanda veniunt, patebit. Deinde & III. *συναρτυρία* indigitat, ad quam spectant varia, eaque maximè pomposa titulorum & appellationum honestamenta, quibus Magistratus omnis exornatur, ut liquet. (μ)

(μ) cap. I.
hujus Disp.

S. IV. pag.
9. 510.

§. III.

Nominali Definitioni hoc pacto præmissæ, *realem* explicandam subjungemus. Variæ quidem apud Politico-Juridicos Scriptores, Magistratus reperiuntur definitiones, quibus recensendis & examinandis haud gravatim supersedentes, talem Magistratus naturam & indolem aperientem definitionem ponimus:

MAGISTRATUS JURE HÆREDITARIO PARENTI VITA DEFUNCTO SUCCEDENS, EST PERSONA PUBLICA DIVINITUS HABENS SUMMAM AC PERPETUAM BENE IMPERANDI MAJESTATEM.

§. IV.

EXhibita hæc definitio, licet causalis sit, omnesque quatuor causas in semet involvat, melioris tamen illustrationis & evidentia ergo in terminum *Communem*

(ν) Cap. I. & *Proprium* dispescere, simulque omnes causas, non *hujus d. s. s.* dum supra (ν) de Majestatis Origine monstratas, ostendere lubet, infantia nostra veniam submissè rogantes, si *ἀνεξέσως* & accuratè omnia non coincidere deprehendantur. Termini *communis* seu generis loco ponitur *Persona publica*, quia latè patet, & multa ambitu suo complectitur, de pluribus quoque differentiibus, si non specie, tamen gradu, prædicatur *in quid*; præterea omnis Magistratus persona esse debet, sive enim principium, sive medium, sive finem Magistratus inspic-

spicere lubet, semper persona est. Quia verò omnè ge-
 nus per differentias suas restringitur, quæ generi, videli-
 cet *Persona publica* additæ, certam constituunt speciem,
 scilicet Magistratum. Notanter diximus in definitione,
 Magistratum esse *personam publicam*; ratio istius adserti-
 onis exinde fluit, quia Magistratus quilibet duas quasi
 personas repræsentat: *Prior* est effectio naturæ, quæ com-
 muni Magistratui cum reliquis hominibus: non enim di-
 stinguitur, Magistratus ab homine suo genere κατ' ἀξεί-
 βειαν loquendo, sed ipsa formâ, scilicet Majestate bene
 imperandi. Etenim Magistratus est ejusdem substantiæ
 cum cæteris hominibus, animæ immortalis, bonæ aut
 malæ voluntatis, & corpore interitui obnoxio constans (ξ) *Psal.*
 (ξ) iisdemque elementis, quibus reliqui compositus. *Al-* LXXXII. v. 7.
tera verò à Jure hæreditario, Deique Clementia emer-
 gens, propter Majestatem imperandi & patrocinium bo-
 ni publici, publicæ personæ nomine venit, aliamq; for-
 mam induit, qua Majestatis splendore, sive superioris, si-
 ve inferioris fortis homines, sive doctos, sive indoctos,
 supereminet omnes & singulos. Tanta enim vis hujus
 est formæ, ut non patiatur hominem homini per omnia
 similem esse. Hinc igitur minùs accurati illi videntur,
 qui omisâ mentione *persona* definiunt *Magistratum*, quod
sit potestas summam in Republica auctoritatem obtinens.
 Quæ certè Definitio & plurimis erroribus scætet, & de-
 finitum densissimâ obscuritatis caligine infuscat. Idque
 vel ideo maximè, quia constat inadæquato & modifica-
 to genere; quilibet enim novit *potestatem*, puta in ab-
 stracto, esse adjunctum personæ, quæ Reipublicæ præest;
 proinde in definitione perspicuâ generis loco poni non
 posse. Deinde, quia auctoritas licet maxima vicem formæ
 sustinere, ejusque officio perfungi, eamque supplere ne-
 quit. Experientia autem constat quendam Magistratum

quandoque nulla prorsus quâ *χρησιμ*, licet quâ *κτῆσι*, autoritate gaudere, vel si quâ gaudet, eâ de facili spoliari. Num vel ideo Magistratus non est censendus Magistratus? Est sanè Magistratus nihilominus, non secus ac ipse DEUS illorum creator & sustentator est, qui illum non colunt ac timent. Hoc etiam sciendum est, quod definitio illa, quâ Magistratus definitur *potestas summam habens auctoritatem, etiam competat Tyranno, qui quantum differat à Magistratu pio, cuilibet in confesso est & propatulo*. Huic pro lege libido, pro ratione voluntas est: At Magistratui pio nihil tale placere potest, à quo cum jura nascantur, non debet injuriarum nasci occasio. Huc ergo convenienter satis allegari possunt, quæ habentur

(o) Runi-
gast. pag.
140. B. 4. S.
I.

in (o) Han (scilicet Ronungen) skal wäl of idfeliga det hura/at swa som han är satter i högt werulzlist wald och äro fram för alla andra män; swa skal han of hafswa mera aft of abuga / huru han ma wäl of ärlika skipa of styrta sit Land of Ullmoga / swa at han hawi Lof of äro of goda Frägd / och hans Land of Ullmoge hawi Frid of frelse of sãmio inbyrdes. Quæ verba sic vertit Beatus Schefferus. *Ante omnia Rex bene ac sollicitè considerare debet, ut, quemadmodum in eminenti potestate ac existimatione collocatus est ante alios; ita majorem adhibeat curam ac diligentiam, quò bene, honesteque gubernet regiones civesque suos, ut ex eo laudem, gloriam, bonamque consequatur famam, regionesq; ejus floreat in pace, tranquillitate ac concordia.* In Regno Svecano omninò etiam cavetur, Rexqve tempore coronationis juramento se obstringit, in id omni nisu & autoritate Regia

(π) R. B.
§. cap. IV.
S. Artic.
3.

velle incumbere, ne cui subditorum bona sua auferantur, neve vita alicui adimatur, nisi legitimè judicatus & damnatus fuerit; quod patet ex jure nostro Svecano (π) ubi hæc habentur verba: *At han skal trygger of trogen wara*

vara allom Almoga sinom / swa at han skal engen Fat-
tigan eller Riktan fördärfwa å Lyff eller Limi: vrbhan
han see laglika förvunnin och dömdes effter Sveris-
tis skrifnom Lagom.

§. V.

Vocabulum *Magistratus*, quod concernit, sciendum
hunc, præsertim si de *subordinato* capiatur, esse dupli-
cem, *Ecclesiasticum* & *Politicum*. Illius officium, cura &
dispositio potissimum & unice versari debet, non saltem
circa negotium religionis, seu eas res, quæ ad DEI cul-
tum spectant, sed etiam circa earundem legitimam ad-
ministrationem. *Hujus* verò officium esse dicit Apосто-
lus, 1. ut coërceat & puniat malos. 2. foveat, protegat
& defendat probos, contravim & injuriam illatam. 3.
Exsequatur sententiam Divinam in Rebelles. *Politicus*
iterum dispescitur bifariam: in *Superiorem* & *Inferio-
rem*. Ille est, qui nemini subjectus est, sed ipse in alios
summum obtinet imperium, suisque vivit legibus. Hu-
jusmodi Majestas est *Imperatoris*, summi *Regis ἐξουσίας*,
Principis, & *Reipublicæ summæ*, suo modo. Hic, qui
quamvis aliis jus dicere & imperare possit, longè supe-
riorem tamen se agnoscit, cujusmodi in Germania sunt
Electores, *Principes*, *Comites Palatini*, *Urbes imperiales*, in
Svecia Principes, *Optimates*, *Comites* & *Barones*, in Po-
lonia *Voivoda*, in aliis regnis *Patritii* & ab ordinibus
delegati. Neque hos in Definitione intelligimus, quia
quanti quanti sunt, toti ab Imperatorum Regumque suo-
rum gratiâ & autoritate dependent: nec homines Ec-
clesiastico ordini addictos: Ratio est, quia ordo Ecclesia-
sticus Ecclesiæ DEI inservire, nec secularibus negotiis se im-
miscere debet. *Sacerdotis est populum monere, non ad ar-
ma movere, quia gladium tenet mentis, non martis*, dicente
Chrysoft: 2. Administratio quoque Ecclesiastica cum po-
litica

litica perperam conjungitur ob objectum utriusque di-
versum, & finem itemque difficultatem, adeò ut ab u-
no absque detrimento excerceri nequeat. Juxta illud:

(e) *vide* *Pluribus intentus minor est ad singula sensus.* Huic con-
penu *Prov.* gruit & Adagium Svecorum: (e) *Den som taar Wærn*
Christoph. öfwer *Hufvud/ så löperet honom i Armen. h. e. Den*
Grubb. meer taar sigb vppå/ än han kan vthföra / han får
pag. 109. meer Omaak/ än han kan wål vthstå. Hunc eundem
sensem indigitat & illud vulgatum Proverbium Svecorum

(σ) *Consu-* (σ) *Den som haar mång Jern i Elden/ han bränner*
le dict. Aut. sombliga. h. e. *Den mycket har i Sinnet/honom fal-*
p.m 132. ler sompt vhr Minnet. Duas enim res rectè simul age-
re impossibile est, teste Platone. 3. Quia DEUS distin-

(τ) *I Paral.* tiorum expediendorum rationibus, & duplici determi-
xxiv. 25. nataque regnandi potestate, ita tamen ut Magistratui Po-

(υ) *I. Par.* litico supremo semper jus fuerit de Ecclesiasticis dispone-
xxvi. re, & Pontifices constituere, & legitimis de causis depo-

(Φ) *I Reg. II* nere. Sic Mosis in Levitas & sacerdotes data fuit pote-
v. 26. stas. Princeps Hebræorum *David* Levitas etiam & Sa-

(χ) *v. 35.* cerdotes in singulis urbibus, cis & citra Jordanem dispo-

(ψ) *2. Par.* suit (τ) atque Cantorum ordinem instituit (υ) sapientis-
c. xix. v. 5.

6. 8. 9. 10 II. simus ille Regum *Salomon*, Abiatharem Pontificem non

(ω) *2. Par.* modò sacerdotio exuebat, sed & morte condemnavit (Φ)
xxix. v. 4 5, & Zadochum in locum ejus substituit ibid. (χ) *Josapha-*

25, & c. xxx. *ius* duplex Consistorium instituit, nempe Ecclesiasticum.

v. 3. 4 5. & Politicum, illius Directorem Amaziam Pontificem, hu-

(α) *2. Reg.* jus vero Zabadiam constituit. Illi Ecclesiastica, huic au-
xxii. 34. &

c. xxiii. v. 4, tem Politica negotia dirimenda commisit. (ψ) Hoc eo-

& 2. par. dem jure usi sunt *Ezechias* (ω) *Josias.* (α) Ex hisce sacræ
III. & IV. paginæ (aliisque innumeris inpræsentiaram sacro silen-

tio involutis) dictis, evidentissimè patet Clericos & Magistratui summo Politico subditos esse, & ad tributum solvendum adstrictos in signum subjectionis. Quod etiam Apostolus indigitat dicens (β) *Omnia anima* (qua- ^{(β) Rom. XIII. v. I.} si diceret, etiamsi Apostolus, etiamsi Evangelista, etiamsi Propheta, vel alius quis fuerit) *potestatibus supereminentibus subdita sit.* Non enim arbitramur Clericos majori gaudere privilegio ipso salvatore, dracmam pro se- ^{(γ) Matt. XVII. v. 27.} metipso & Petro persolvente. (γ) Illum ergo imitari ^{(δ) Joh. XIII. v. 15.} convenit, uti ipse jubet. (δ) *Exemplum præbui vobis, ut quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.* Jam verò ipse CHRISTUS tam in Personalibus, quam realibus obsequium Politico Magistratui præstitit, ne quis ipsius exemplo jus libertatis sibi arrogare præsumat; cum enim ipse Deus & Dominius hoc fecit, multò magis ministri hoc idem facere obligati sunt. Quod qui facere temerè detrectant, tempestivè sibi caveant, ne in illis verificetur illud. ^{(ε) vid. Pe- nu Prov. Grubbs p. m. 145.} *Den som slyger för när Solen/ han bränner tvingar, na: h. e. den öfverheten träder förnär med motspen- nigheet och ohndno/ han blir klappad på Fingrarna.*

§. VI.

PER verba hæc quæ habentur in Definitione: *Jure hæreditario*, intelligimus *Succeffionem*, quam infinitis pro- pmodum modis *Electioni* antestare nobis penitissimè persuasum habemus, idque non sine validissimis rationum momentis. *Succeffio* enim est longè antiquissimus, & communissimus, & naturæ, & rectæ rationis dictamini quàm maximè conveniens adeundi orbis Imperia modus. In omnibus ferè Regnis antiquis & Imperiis summis amatam fuisse *Succeffionem* historica autoritate evincere possumus. In Prima Monarchia *Chaldeorum* omnium primò floruit *Succeffio* Secundum omnium communem fide dignissimorum Historicorum sententiam constat Be-

- lum* Jure hæreditario successisse patri suo *Nimrodo*, à quò, & cum quo imperium Monarchicum primò capit, prout patet ex Christiani Matthiæ (7) Venustissimè ad hanc rem pulcherrimi ac elegantissimi hi Rythmi Sveconi Præclariss. Professoris (1)
- (7) *Theat. Hist. pag. 14. & 21.*
 (7) *Dan. Achr. vñ. lög. öfver Konung. Nebucad. Dröm.* Den första Politie, seen Noach Werlden deelte / Byråttad Nimbrosds Arm / en rask och mechtig Hielte / Det näst omliggjand Folk / med Städer / byar / Land. Så fogad han i hoop och styrde medh sin Hand.
- (9) *Math. P. 33.*
 (1) *vide Christ. Matth. Theat. bi. stor. pag. m. 169.* Sic *Ninyas* patri *Nino* jure nativitatís successit. vide hac de re dictum. (9) Huic *Ninyæ* eodem jure successit filius *Arius*. In *Secunda* Monarchia *Cambyfes* patri Regi *Cyro* successit (1) & quamvis *Cambyfes* sine Regia Prole mortuus fuerit, tamen post illum Regnum transfertur in hæredem alium, à *Cyro* genere paterno oriundum, nempe in *Darium* Hyftaspin. Teste (x) Huic *Dario* Hyftaspidi jure hæreditario successit filius *Xerxes*. (x) *dicto. Christ. Matth.* Huic è vivis sublato sine omni Prævia electione successit filius *Artaxerxes Longimanus*, qui in (λ) *Ahasverus* vel juxta vim Hæbreæ lingvæ *Achashverus* dicitur, h. e. *princeps hereditatis seu hereditarius*; quæ derivatio maximè nostro proposito infervit. In *Tertiâ* etiam Monarchia Imperatores quidem sibi invicem successissent, nisi *Deus Alexandri Magni* superbiæ, ingrati tudini, & insolentiæ invisus, ex hæreditario ipsius Imperio fecisset electivum Regnum. Juxta illud (μ) *Fecitq; ex uno sanguine genus hominum, ut inhabitaret super universam faciem terre; præfinitq; præstituta tempora, præfixitq; terminos, habitationis eorum.* Nulli itaque Reges, aut nullæ gentes existimabunt hæreditario jure citra *DEI* voluntatem Regna sibi esse tradita, cum nutu *DEI*, supremi gubernatoris mundi, facilè excuti possint. Hinc in paterni affectus & Divinæ Clementiæ signum *DEUS* Davidi ob pietatem

tem & humanitatem gratiosè promisit, quod ipso in pulverem redactò, omnes & singuli ejus posterì jure hæreditario in throno ejus de familia ad familiam collocandi essent, ut legere licet (v) *Firmabo solium Regni ejus in seculum.* (v) 2. Sam. VII. 13.
 (z) *Percussi fœdus cum electo meo, juravi Davidi seruo meo. Usq; in seculum stabiliam semen tuum, & edificabo in generationem & generationem thronum tuum,* & (o) *Etiam si* (z) Psal. LXXXIX. 4 f.
 loca hæc allegata etiam possint de Antitypo CHRISTO, ejusq; regno spiritali intelligi, nihilominus eadè de *Type* Davide, (o) Psal. CXXXII. 11, aut ejus regno temporalì venire statuendum est. 12.

In *Quarta* Monarchia ut unum saltem vel alterum prolixitatis evitandæ ergo tangamus, sciendum, Imperatores *constantium Constantinum & constantem* successisse patri suo *Constantino Magno*; à quo ille testamento, non sine nutu populi in *Thrasiam, Asiam, Ægyptum & Orientem* jus Imperii legitimè obtinuit. *Gratianum* Imperatorem à patre *Valentiano* primo & insignibus imperii nondum pubertatis annos egressum, & patri patruoque *Valenti* vita defunctis successisse, ex Historiarum fundamentis constat. *Theodosium* II. pater *Arcadius* unà cum Regni ordinibus in cunis vagientem & Augustum appellavit, & morti vicinus cum iisdem hæredem Imperii fecit. De *Ludovico* I. cognomine *Pio*, nemo literatus dubitet, quin patre *CAROLO MAGNO* adhuc vivente Imperator successione dignissimus judicatus sit, ideoque eodem defuncto, magno animorum consensu paternum in solium elevatus, omnia Regna patris jure Hæreditario obtinuit. Hisce recensitis plurimi, imò innumeri alii, diligentius percurrendo quatuor illas mundi Monarchias annumerari possent Imperatores, qui jure hæreditario Imperiis admoti fuere, nisi modò ita Disputatio hæc in immensum ideoque tædiosum excreseret opus, de iis itaq; hic ex professo propter brevitatìs studium impræsentialium agere

agere animus non est. Ratio quippe propositi svadet, ut plura rationum pondera eaque alia, tam pro necessitate & utilitate *successionis*, quam contra eandem adhibenda, in unum quasi descriptionis fasciculum in (π) bono cum DEO, quâ fieri potest industria colligemus. Quoniam verò definitionis contenta maximâ ex parte residua, non complexi sumus, ideo ea hoc loco, quorum mentio in Definitione facta, pro ingenii modulo exponere aditemur.

(π) cap III.
hujus Diss.

§. VII.

PER particulam, *Parenti*, in data definitione insertam, intelligimus primariò, strictè & potissimum vel *Patrem* vel *Matrem*, vita defunctos, vel secundariò & paulò latius, inque ampliori significationis potestate *Fratrem* vel *Sororem*. *Frater* enim etiam certo respectu sine aliqua absurditatis sequela potest dici parens ratione patrociniû & protectionis, quam in vivis constitutus, ei, qui sibi post obitum succedit, præstiterit. Ad declinandas objectiones, observandum, quod *jus succedendi* diverso respectu fit res naturæ & rectæ rationis dictamini conveniens & repugnans. Respectu minorum natu odiosa quidem res esse apparet, qui ob regni commodum & salutem, ne id varias in partes fratres inter dispartitum vilescat & diminuatur, majori natu postponuntur; hujus respectu & Republicæ, cujus commodis consulitur & auctoritati, neglectis minoribus res favorabilis & salutaris est, & hac ratione *jus succedendi* respectu jam jam adeundi Imperiû, vel ejusdem jam consecuti, & ratione nativitatis, quâ fratres omnes & singuli naturali & communi sanguinis jure se inter æquales sunt, æqualitatem naturalem penitus tollit, proindeque minores natu, & à regnantis fratris gratia toti pendent, & ipsi ceu Regi suo ideoque patri Patriæ submittere tenentur, svadente id lege naturæ:
natura-

naturalis enim ratio dicitur, post natos majoribus obsequium & reverentiam debere, & primogenitis præ fratribus, veluti subditis, maximam eminentiam esse tribuendam; quem enim Alma parens natura priorem inter pignora voluit nasci, eundem & potioem jure, & Personam defuncti Parentis repræsentantem, Regio honore prosequi decet. Jure namque repræsentationis filius Parentem exprimit, ac ejusdem conditionis est, cujus esset Parens, mortalium cœtui si interesset. (ρ) Parens enim & filius arcta adeo cognationis inter se vinculo constringuntur, tantaque naturæ & substantiæ unius participatione gaudent, ut pro eadem ferè persona haberi debeant: sunt namque quasi una caro, & filius in quem Patris substantia vi juris Hæreditarii derivata, omnium paternorum bonorum supremus Dominus est, ideoque rectè à nobis in Definitione Parens dicitur, proque eo habetur Respectu defuncti Parentis, cui successit: juxta axiomata illa juridica: *Qui succedit in locum, succedit in jus.* Et *Surrogatum sapit naturam ejus, in cujus locum surrogatur.* Hanc eandem sententiam fundari in Sacrà Paginâ expressa mandata DEI indigitare videntur. (σ)

(ρ) Vide
Scrip. sm.
Spec. polit.
Quest. V.

(σ) Deut.
xxi. 15. 16.
17. & Heb.
xxii. 16.

§. VIII.

Prima Differentia desumpta est à Forma, *Divinitus habens summam & perpetuam Majestatem.* Nulla namq; Majestas est, nisi Divinitus & à DEO, uti supra fusè satis exposuimus. *Summa* dicitur, quia prima est, & suæ quasi originis: quippe cum à superiore nemine dependeat, nisi à Solo & altissimo DEO, qui eam proxime antecedit, & cujus munus & vices in hoc mundo sustinet. Et quamvis ea potestas in Imperio Romano à populo in Imperatorem Lege Regiâ translata, non tamen proinde Originem ducit à populo, cum & ipsa, quam populus ab initio habuit, & in Imperatorem contulit, a DEO fuerit, sic-

(τ) *liguricut* scitè admodum & eleganter *Guntherus* (τ) dixit:
no lib. VI. - - - *Nullum caput ista super se*

Aspicit, excepto cælorum Rege potestas.

Quemadmodum clarissimè & aptè satis indigitant verba:
 (υ) *Runii.* (υ) *Nu som för är sagt / Rununga of Hösdinga the*
gastyr p. m. *äro ej alenast Män / vthan the äru of än nokot mera*
101. B. 2. S. *än andre Män / of swa som nokor Gud iwi almoga i*
85. *thenna hem : quæ verba Beatus Schefferus sic vertit :*

Cæterum ut dictum est superius, Reges Principesque non modò homines sunt, sed & amplius, quàm homines, instar-que Dei super cæteram multitudinem in hoc mundo. Hoc tamen notandum, quod Magistratui, licet summam habeat imperandi Majestatem, eò quod populum universum repræsenteret, non liceat pro lubitu bona Regni, in publicam perniciem profundere, dissipare, alienare, minuere, dilapidare, Regnum eviscerare & mutilare. Propterea secundæ differentiæ loco addidimus in definitione particulam, bene imperandi. Quâ probè observatâ omnis pius Magistratus oppida, pagos, urbes, provincias Regni sui abalienare, ac vi distrahere in immensum abhorret; quod si imprudenter & minùs consideratè fecerit, ei qui in locum succedit, libera omninò Juris potestas est, omnia quæ alienata sunt, reducendi, ut pruden-

(Φ) *legiste.* *ter satis etiam a majoribus nostris (Φ) cautum est :*
rio patrio. *Entte af thessom förnemdom som för är sagt / må Ro-*
cap. II. S. I. *nunger minsta för androm Konunge: Gör thet någor*
R. B. & K. *Konunger / äge tå then Konunger estir komber wåld*
thet återfalla och taga. Summa etiam est respectu inferioris aut intermedii Magistratus, quæ ab illa ordinatur & dependet: ut & respectu legum, quas reliquis præscribit, quibus populus ad obsequium Regiæ Majestati præstandum obligatur, & Majestas Regia ad justitiam exercendam informatur, Dignitasque Regia conservatur.

Porro cum Magistratus Majestas summa sit, aliam superiorem, uti antea indigitatum est, vel sociam seu parem, in Regno agnoscere nequit. Duo vel plures Imperatores æque primi summique in uno Regno existere nequeunt. Hinc in jure nostro evidentissimè prohibetur, ne plures sint in Regno Coronæ, sed una tantum, & Rex unus: öfwer alt Swerike skal ett Konungzlig Krona eller Konunger wara wihan en: han äger sinra och råda Borgom och Landom/ &c. (x) quod faciet ut habe-^{(x) Cap. II.}
 tur: (ψ) Både med Rätt och Konungzliko Wälde si-^{Kung. B.}
 no. Nec pigeat pulcherrima verba, quæ habentur in (ω)^{Et.}
 huc apponere: Ens mans råttwis styrelse är Almoga^{(ψ) cap. IV.}
 bäst. Swa en är Gud / ther alt skop of skapade / of^{s. II.}
 styrer of rader alt thet til är. En är of mannen ther^{(ω) Ku-}
 styrer of rader alt thet til är werilzlit Ting i thenna^{nungst. p. m.}
 hem. En är of limber af Mansens Limom / then ra,^{16. 17. B. 1.}
 der of styrer allom Mansens Limom of hans Likama /^{s. 19. § 20.}
 thet är Hierrat. En är of Siälina frapter ther hen-
 ne rader of styrer / of allo in henne tilhörö / thet är
 skålen. En är Kununger of wise i biswärmene hwa-
 riom / then ther rader of styrer alt. Of hwad som
 görs af konst of werilzlikom Wisdom / thet är thes bäs-
 tra of skälifare at thet mera fylge naturlikom skipil-
 som. Of in å thes flera rada / thes mere äro the skilde of
 thy / ther alt skal et wara / in at hwar wil fylgia tykio of
 tarf sinne / of wilia flere wita wil of wilia sin / än Al-
 mogens tarf / swa som sir i gamlo ordqwåde: hwar
 är sina wilda win. Quod proverbium moderni ^{(a) vide}
 Sveci sic efferunt: (a) Så mång Hustwud / så mång^{Grubbens}
 Sinne: h. e. hwar följer sin egen Hierna och Me: Swånstka
 ning effter. Non potest igitur non liquere uniusboni Im-^{Ordspråk}
 peratoris imperium optimum esse & felicissimum, ^{pag. m. 781.}
 quia ut caput unicum, ita unius dominatio optima.

Juxta illud: *Nunquam Imperii corpus coire potest, nisi unius Praesidis nutu, quasi anima & mente regatur.* Flor. Huic calculum addit Boëtius inqviens: *Hæc est partium natura, ut unum corpus diversa componant.* Neque hinc abludit illud Niceti: *Multorum Principatum omnis Imperii & disciplina contemptus sequitur.* Hinc sane elegantissimè dixit Imp. M. Aurel. (β) inqviens: *maximè profectò necessarium est, in omni congregatione ab uno multos regi.* Nulla enim omninò respublica bene regitur, nisi ab uno tantum bono & sapiente gubernetur. *Multa incommoda & detrimenta, qua veteribus olim obtigerunt, eò tandem illos deduxère, ut uni in republica parerent uniuersi: in exercitu enim uni omnes Imperatori; in navì omnes uni gubernatori; in monasterio uni cœnobiarchæ; in Ecclesia uni Episcopo omnes; in alveari omnes apes uni Regi obedire videmus.* Summa denique censetur Magistratus Majestas, quia sola exclusis omnibus aliis summum in Regno exercet Judicium, quippe ei soli summa & uniuersalis competit Jurisdictio, ut liquidò patet ex jure nostro, (γ) hisce verbis: *Ther til i Rikte sino af Gudi høgste Doom hafwa öfwer alla Werldzlika Domare.* Ultimò denique Summa dicitur Majestas, ob summa jura Imperii summi & absoluti. Pulchrè admodum hoc expressit Ictus ille *Adrianus Houtuyn*: (δ) verba ejus ita se habent: *Jura hac Majestatis sunt, nullis circumscripta limitibus. Jura Imperii, jura sublimia, sacra Imperii, sacra sacrorum, sacra individua.* Omnis in exteriorem hominem, & circa sacra, & circa profana potestas ab una hac potestate, ut promanant, sic dependet. *Potestatem hanc finibus circumscribere nullius terrena est potestatis. Quæ si negare subditus, iisve detrabere, vel ipse attrèctare sustinuerit, majestatis reus fit. Qui enim jura Majestatis negat, imperium & obedientiam negat.*

(β) Horol.
Princ. lib.
I. p. m. 140.

(γ) cap. IV.
S. 9. Kong.
B. 22.

(δ) notis
suis S. 82.
& 83. p. m.
221. & 222.

gat. *Tota vis Majestatis in Imperio est & obedientia.*

Sancta Majestas est, Sancta Majestatis jura, velut mons ille Sinai, (ε) In quo Majestas erat DEI, in quem ascendere toti populo & singulis privatis prohibitum, minato mortis supplicio, soli Imperatori Mosi permittum. Patet igitur, quod non sine ratione summa dicatur Magistratus Majestas, quoniam imperat omnibus, cui se quis opponere velit, aliam Maiestatem æqualem faciet, ut neutra summa sit. Sicut enim infinitum est, extra quod nihil licet sumere, sed si duo ponantur infinita, utrumque destruat, quia neutrum infinitum esset, cum alterum relinqueretur extra alterum. Benè ideo nobiscum Athanasius (ϕ) fecit: *Ut multitudo Deorum, nullitas est Deorum, ita quoque necesse est multitudinem principum id efficere, ut nullus Princeps esse videatur, quoniam cum summum sit quiddam indivisibile, impossibile est, ut pluribus separatim distribuatur, nisi in utroque summi natura diminuat.* Ubi autem potestates sunt æquales, neutra dici potest esse summa seu supra omnia, cum summum illud sit, quod supra omnia est, & ipsum supra se nihil agnoscit; quo sensu Philosophus (η) *Prima principia* definivit, *que quidem ex nullo sunt, sed ex quibus alia omnia.* Ex hactenus igitur dictis evictum relinquitur, illud, quod in Republica primum & summum est, nec superius quid, nec æquale agnoscere, sed omnibus reliquis membris dominari: Atque hoc summum benè imperandi Maiestatem habere dicimus, ad quam revocanda est absoluta potestas, & ad æquandum subjectum suæ affectioni, ut loquuntur Dialectici, quod si fecissent quidam Icti, nunquam sub ancipiti hæssissent, utrum summus Magistratus sit solutus legibus civilibus? nec toto inutilibus rem per se planam obscurassent. Quid enim planius in politicis, quam quod summum est, supra id superius nihil poni

(ε) Exod. XIX. 12.

(ϕ) in orat. adversus idolat.

(η) 1. Phys. tex. 42. n. s. de generat. an. cap. VII.

(9) *vide elegantissimè hac de re disser. Celeberr. Theol. Dn. M. JACOB. Flach. Coll. Log. p. m. 464.* ni posse, id quod vi solius primi Principii, (9) *Non potest idem simul esse, & non esse*, satis evidenter manifestum evadit; quia summum esse, & superius quid habere, ἀνὴ Φασιν ἐν προχαίμενῳ involvit.

§. IX.

(i) de jure B. & pac. lib. I. cap. III. p. m. 67. **H**inc cuilibet facile est colligere, quodnam sit summa Majestatis *adequatum subjectum*: utpote *Imperantes*, & in regimine absoluto & Monarchico constituti *Reges, Principes*, nempe quibus solis DEUS in Sacra pagina Majestatem tribuendam indigitat, quibus solis summum à se datum rerum Judicium variis Testimoniis, non sine pomposis etiam titulorum honestamentis innuit. Quæ cum ita sint, non sine ratione graviter errasse nobis videtur Hugo Grot. (i) qui *subjectum* Majestatis duplex facere non veretur, aliud nempe *commune*, civitatem; aliud *proprium*, personam unam pluresve, pro cuiusque gentis legibus ac moribus. Sed hæc adsertio est altioris indaginis, nec sufficienter potest percipi, quomodo facultas moralis gubernandi civitatem, quam civilem potestatem (x) adpellat, civitati adsignetur. Si enim hoc veritati consonum esset, sequeretur civitatem gubernare civitatem, quod ἀόυστον & contradictorium est. Si hoc fieret, quam quæso civitatem civitas gubernaret? num aliam à se diversam. Sed hoc repugnat civitati, teste eodem Hug. Grotio, subesse alii: An igitur semet ipsam? At quod gubernat, & quod gubernatur, idem prorsus eodem respectu esse, absurdum est statuere. Ergo falsum Grotii adsertum evadit. Quemadmodum enim *potestas Ecclesiastica* interior non habet subjectum commune cætum Ecclesiæ; solis quippe Doctoribus distinctè eandem DEUS gratiosè concessit: eodem prorsus modo Majestas seu *potestas politica* & Imperandi facultas, utpote quæ præest civitati, juxta ipsum Hugo-

nem

nem Grotium, (λ) subjecto communi distincto civitas (λ) *lib. 1. cœtu gaudere nequit: solis namque imperantibus, quæ* *cap. 1. §. 14. tales sunt, dedit Deus hunc Divinitatis radium: solis* *p. m. 10.* proximum à suo eminentiæ gradu fastigium clementer assignavit. Solos Deos ipse vocavit, juxta illud Sveticum: *Sagh hafwer eder til Gudar satt/ och giordt e der stoor Abra/ ic.* Solis sanctitatem peculiarem dedit, ne ab aliquo violentur, & maximam eminentiam, ne quispiam iis resistat, juxta illud. (μ) Vide in hanc rem, de duplici & monstroso *potestatis* subjecto D Joh. Adamum Osiand. (ν) Quis igitur adeo vefanus aut morosus sit, ut ad populum obsequio obnoxium, ceu fontem, Regiam Majestatem referat: Quod quidem etiam illi, uti constat, facere nituntur, qui in unaquaque Republica duplicem simul Majestatem, essentia, attributis, & Juribus distinctam, alteram *realem*, alteram verò *personalem* statuunt: qui hanc ab illâ dependere, ceu a superiori adserunt, quique Imperantis Majestatem à reali non secus ac lumen de lumine derivari, rotundis verbis adseverant. Sed hujus sententiæ Patroni, salva illorum autoritate & existimatione, nobis videntur duo introducere in uno eodemque Regno summa, vel potius alterum altero evertere. Neutrum enim aut summum erit alicujus summi, aut simul utrumque, aut reciprocæ vicissitudinis cursu flexuque, modò hoc summum erit alterius summi, modò illud, nec unquam summum aliquod erit, quod in ac per se verè summum erit. Ast quid confusionis vel falsi inde emergeret, nemo nescit, qui paulò altius rem secum expendere velit. Nobis una tantum Majestas est, cui summum rerum judicium cœlicè datum est, cui soli patienter præstare obsequii gloriam, exigente necessitate, etiam cum incommodo suo, etiam cum injuria sua apparenti, etiam cum vitæ suæ periculo, omnes & singuli

(μ) Rom. XIII. 2.

(ν) in Ann. in Grot. p.

m. 467.

seqq.

guli subditi debent, sive merè privati sint, sive Magistratus gerant; Sicut scitè admodum & venustè hac de re differit Hug. Grot. (ξ) Nam sicut in Dialecticis species intermedia, si genus respicias, est species, si speciem infra positam, genus: Ita Magistratus illi inferiorum quidem ratione habita sunt, publica persona; at superiores si considerentur, privati sunt. Nam omnis facultas gubernandi, qua est in Magistratibus, summa potestati ita subjicitur, ut quisquid contra voluntatem summi Imperantis faciant, id defectum sit eà facultate; ac proinde pro actu privato habendum. Hinc igitur clarissimè patet, officiales quoscunque & Magistratus à se ipsis non esse; non sibi ipsis regulam officii administrandi & formam præscribere, sed à Rege, cui soli eminentissimum & summum iudicium ipse DEUS dedit, ut ut ab eo quodammodo proximi sint, imperium quoque suæ fidei commissum exercent, sed à Rege prius concessum & demandatum, & consistere tenentur intra præscriptos officiorum limites, nec unquam inde unquam discedere. Idque non tam propter pœnam, quam innatam justitiam

(ο) Sophoc. & bonam conscientiam, probè memores istius carminis: (ο)
in Ajac. flagell. Et hoc quidem viri mali est, cum subditus sit,
 Non velle audire eos, qui præsumunt.

(π) ap. Stob. in Monosich. Concinnè hanc ad rem Menand. (π)
 Disce dominantis Imperia rectè pati.

§. X.

Quamquam verò Magistratum supra diximus habere summam Imperandi Majestatem, nec ideo tamen adserimus Imperatorem Romanum esse totius mundi Dominum, adeoque ei de jure reliqua omnia sub cælo quæ dantur, subdita esse Imperia debere, ut multi in Germania, aliàs magni nominis viri faciunt; quique Regnum Sveciæ etiam paruisse quondam Imperio Romano, scribere

bere non fuerunt veriti; cum tamen nullum veritatis & certitudinis vestigium adpareat, quod unquam id probare poterit; sed contrarium omnino vetustissimæ Reipublicæ nostræ leges, atque omnes veriores Historiæ certioresq; evidenter ostendunt; Nemo adeo in literis infans est, cui ignotum, amplissimum semper fuisse *Gothorum* nomen, & cum universis terrarum orbis gentibus antiquitate *Gothos* masculè certasse, quippe domi, & in nativa sede Majestatem suam integram, sartam & tectam *Gothi* nostri semper retinuerunt. Prout evidentissimis rationum fundamentis, Beatæ memoriæ Doctor Nicolaus Ravaldi Archiepiscopus Upsaliensis, tunc temporis Legatus Regni Sveciæ, elegantissimæ orationi suæ, in amplissimo Concilio Basiliensi, in tot doctissimorum totius orbis Legatorum confessu habitæ, Anno 1440, insertis, evincit: ex quibus rationum momentis cum per plurima sint instituto nostro inservientia, cui singula persentiscere volupe fuerit, eum ad dictam orationem, à capite ad calcem, pervolvendam ablegamus, in quâ plurima scitu necessaria, auribus jucunda, & animum mulcentia reperiet; nobis saltem in præsentiarum paucissima adduxisse sufficiat, quæ hæc sunt: (e) *Så troo wij Eder wisseligen ther om / (e) inspicite*
I wåltwijse Fæder / som i alla Historier aldrum åst åre diædi Ar-
 förforna / thet i warde om wår allernådigste Konung *chiepiscopi*
 och Herre en sådana dom fällandes / at Hans Kongl. *orat p. m.*
 Maj. bör med all Rått behålla och niuta största åh- *142. 143.*
 ran och högsta Myndigheten ibland alla the Konung- *144. 147.*
 gar som nu i Werldenne åre / och på thet / at the som
 vnge åre / och här om ingen weetskap eller kundskap
 hafwa / icke skola tänckia och troo / at thet skal wara
 fallst / begåre wij ödmjukeligen at the öf medh Tolamodh
 höra wele. Endoch / Wördige Fæder och Herrar / alla
 Böcker och Historier måst adels nogh hafwa til at för-
 funna

kunna om Gøthernas Hårkomst / doch likwål hafwer
 Ablabius på Gøthista / Dion på Gresta / Jornandes på
 Latinss Tungomål sig synerligen beskriuat til at beskriua
 theas handlingar / Gerningar / och Mandom i Krig.
 In the bewtisa / at otaligit mykit Folk är vthgånet af
 then *Scandianiske* Dö / som liggandes är Norr vth i
 Wenden / och the som Jorden beskriua / falla samma
 Dö then andra Werlden / af hwilken the Östgøther /
 Westgøther / Swenske och Finke äre vthgångne / och
 sedan dragit tilhopa til Siöds äth Österlanden / och haf-
 wa sig vnderkufwat *Egypten*, *Asiam* och *Ciliciam*, v-
 thaff hwilka the *Amazoniske* Qvinnor komne woro.
 Sedan slogh *Anthinus* en Gøthiske Konung *Darium*
 Konungen i Persien på flychten. Så kunde icke heller
Xerxes Darii Son / medh sin öfvermåttan stora Krigz-
 håår något skaffa emoot Gøthernes macht. *Philippus*
 the *Macedoniers* Konung / *Alexandri Magni* Fader togh
 sig en Gøtha Konungs Dotter til hustru / *Medepa*
 benämnd / på thet han igenom thet medel motte niuta och
 hafwa Fredh hoos Gøtherna. Och effter Gøtherna
 hade största deelen af Werlden vthi *Asia* och annorstä-
 des / gjorde the sig tu äthskillige Konungariken / thet
 Östra och thet Västra / hwilke then *Romerste* Macht
 många resor / sedan the wore mechtige blefne / tilbude
 at förtryckia och til intet göra ; Men så kunde thet in-
 tet skee / ej heller kunde the *Romare* något af them
 vinna. Vthi Kejsar *Domitiani* tith öfverwan then
 Gøthiske Konungen *Dorpaneus* först *Oppium Sabinum* ,
 och sedan *Cornelium Fuscum* the *Romersta* Krigzöfver-
 star / och slog them ihjäl vthi äthskilliga Slachtingar /
 hwar effter Gøtherna wore sedan kallade Anles, thet är
 Gudomliga. Någon tith ther effter war *Armavarius*
 öfver the Gøther rådande / som så stor och mächtig
 var /

war / at the lifnade honom widh Alexandro Magno. Fridegernus Gøthernas Konung intog the Landfcooper widh Danubium. *Thracia, Achaia, Theffalia, Pannonia* och the andre Landzändar wore alle vthaf Gøtharna öfvervundne. Keijfer Gratianus gjorde vthaf reddhoga Fredh medh then Gøthifke Konungen Fridegerno; Samaledes Keijfar *Theodofius* med then Gøthifke Konungen *Athanasico*. Här ftulle man och wäl tala om wåra Wåftgøther / Huner och Wender / om deras Segerwinning / om Finarna / om the Longobarder / om wåra *Massagetber*, fom vthi *Africa* wore / och om det Scyffike flåchtet / fom vthaf öf hafwa deras vrsprung / och hwad the med berönnelfe hafwa vthråttat i Britannien och Engeland. Detta altsammans til at förtelia / ftulle hwarcken wår Macht eller och någon tid tilräckia. Joldrawördigfte Fäder / om man nu alt thetta wil öfverwåga fåfom faken kräfwer / hwar finner man något Rike / fom ålder är ån wårt? något mechtigare? eller båtne och ådeligare vthaf them fom the Romare figh i förtiden vnderfwingat hafwer? Jempre detta få fruchte wil icke eder til at påminna / hwad fom S. *Hieronymus* fåger vthi en fin Epiftel: Hafwer icke Rom på thet El-offte hundrade / Sextionde och fierde åhret / fedan hon bngd war / icke allenoft fruchtat för thet Gøtiffa Folket / vthan år och af them blifwin förftörd.

§. XI.

Hilce veriffimis testimoniis, de antiquitate & fortitudine *Sueo-Gothorum & Fennorum*, candide concinit & majorem lucem addit celeberrimus ille *Petrus Trecentis Gallus*, qui de dicta Gente inquit: *Est gens valde robusta, cujus militaris potentia quondam ferè totius Asiae & Europa partem maximam, multis temporibus edomuit; quos aggredi tempore Alexandri Magni, Græcorum audacia extimuit;*

multis; Julii etiam Caesaris invicta potentia superatis Gallis, Alemannis & Britannis, cum Gothis, Noricis & Aquilonaribus populis aliis congregari formidavit. Heroicæ fortitudinis Sveo-Gothorum clarissimum testimonium sequentibus carminibus inclusum perhibet illustris scriptor Da-

(σ) Hist.
Dan. lib.
II, p. m. 30.

norum Saxo Grammaticus (σ) inquit:

Ecce furens æquoque sui fidentior hostis,
Ferro artus, faciemq; auratâ casside tectus,
In medios fertur cuneos, ceu vincere certus
Intimidusq; fugæ, & nullo superabilis ausu.
Svætica (me miserum) Danos fiducia spernit.
Ecce truces oculis Gothi, Visusq; feroces
Cristatis galeis hastisq; sonantibus instant,
In nostro validam peragentes sanguine cladem,
Distringunt gladios & acutas cote bipennes.

Sic etiam elegantissimè de generositate Sveo-Gothicæ

(τ) In cim-gentis canit nominatus autor: (τ)

10 lib. p. m.
33. v. 50.

Non memini certamen agi, quo promptius esset
Alternare enses, partiriq; ictibus ictus.
Dans unum tres accipio: Sic mutua Gothi
Vulnera compensant: sic dextra potentior hostis
Vindicat acceptam cumulado fœnore penam!

(υ) Lib. II.
p. m. 64.

Qvos versus idiomate Svecano translatos vide in Historia Sveo-Gothicâ Johannis Magni: (υ)

En hafver iag warit i Kamp och Strid/
Men aldrig hafa iag makan/
Här ständer en Leef/ han är icke blidh/
Medh Swård/ Spiut/ Pylar och stakar.
Try slag iagh får/ för ett iagh slår/
Iag wårje migh bäst iag hinner:
Få Götterna hugg/ the lusta wår Lugg/
Så Någan om bredderna rinner!

Hujus gentis potentiam Alexander M. vitandam enunciavit, Pyrrhus exhorruit, Caesar etiam declinavit, testibus Orofio & Jliodoro. Hisce suffragatur Albertus Crantzius (Φ) (Φ) *Lib. 1. cap. 1.* inquit: *Svecica gentis egregiam laudem supra modum* *Vide etiam* *extulit natio Gothorum, unde vetustissimis temporibus e-* *Christ.* *gressa est, per Asiam diu dominata & in, Europa multis* *Func.* *in provinciis regna constituens: Svecia quidem domi, & storico-ps-* *in vicinis locis, nomen prevaluit; foris autem & in lon-* *lit Orb.* *ginquà militia, Gothorum gloria sublimioribus longe titu-* *perat.* *pag.* *lis inclaruit.* Etiam huic subscribit & succenturiari po- *m. 599.*

test Germanus ille undiquaque doctissimus, Jacobus Zieglerus cum Davide Chytræo, ita differens: *Gothi fuerunt & cogniti tempore, quo Romani Imperium per Illyridem ad Danubium usq; promoverunt, atq; adeo ab etate Dictatoris Caesaris & Octaviani Augusti maximè inclaruerunt, bellis maximè gestis super Danubio Imperii limite.* Horum & reliquorum omnium unanimem, de Sveo-Gothorum Generositate & victricibus armis adsertionem, suo veluti sigillo corroborat Imperatorum longè clarissimus CAROLUS QUINTUS, cui nihil in ore frequentius, teste, præter multos alios, *Levino Lemnio*, quam quod universa totius Europæ nobilitas è Sveciæ & Gothiæ tractibus fuerit exorta. Ex qua etiam semet ortum, summæ sibi laudi duxerit. Ex hisce omnibus, aliisque innumeris aliis historiarum fundamentis manifestum evadit, Regnum Sveo-Gothicum plurima eaqve amplissima mundi Regna, & antiquitate Imperatorum & rerum gestarum gloria multum antecellere, ideoque nullius, præter ipseus DEI, imperio obsequii gloria obnoxium esse. De Gothis plura qui scire gestit diligenter pervolvat. (X)

(X) Georg.
Stiernb.
Anticlus-
per.

§. XII.

Voculam perpetuam Definitioni nostræ inclusam ne omnino intactam relinquamus, sciendum volumus, eâ

ipsa indigitari Magistratus Majestatem nec ad tempus, nec ad peculiares & certas res gerendas esse à DEO commissam; quippe nullo temporis spatio terminari & circumscribi debet; sed cum summo Magistratu oritur, cumq; eodem interit, expirat & moritur, deficiente sobole successura, qua cœlitus concessa, in ejus sinu tam diu requiescit, donec intellectu & annis crescentibus, Regiis sceptris apta eadem capeſſat. Et quamvis in quibusdam Regibus perpetuam non semper mansisse notum sit; constat enim quosdam Reges de Regia Cathedra dejectos, quosdam verò ultro renunciasse, & in alios jura Majestatis derivasse; nihilominus tamen Majestatem intellectam volumus de stirpe ejusmodi Regum futura, vel eâ non relicta de alia persona successura, apud quam perpetuò dum mortalium cœtui interest, permanet: ea namque lege à DEO datur & accipitur, ut apud summum Magistratum sit usque ad finem vitæ. Quocirca nunquam mori, nunquam interire, nunquam evanescere ipsa Majestas potest, quamvis mutationem subjecti non rarò subeat. Nunc igitur ex hisce qualitercunque dictis probatum relinquitur, quod nec *Dictator* in Republica Romana Rex fuerit, cum ei ad tempus saltem ali-quod summa commissa fuerit imperandi potestas: Nec *Consules Romani*, licet de Regia potestate illis nihil quicquam ante legem *Valeriam*, de provocatione latam, ademptum fuerit; tamen quia annui, id verisimile & certum est. Sicut & *Decemviri* legum ferendarum tamen si summam ac legibus solutam potestatem haberent, Majestate tamen non fuerunt præditi; ratio hæc est, quia eorum Imperium legibus XII. tabularum promulgatis ad populum finem accepit; id quod tutorum vel curatorum omnium commune esse constat. Cui enim Majestas committitur ad tempus, vel ad certas res gerendas, is non

Rex

Rex, seu summus Magistratus, sed inferior vel intermedium est dicendus. Ex quo firmiter concludi potest, quod iis, qui vel ob infantiam veri Regis, vel absentiam tempore belli, furoremve constituuntur ad Rempublicam gubernandam, quique ob id, quod Regum Principumve vices sustinent, *Pro-Reges*, vel *Pro Principes* Regentesque nominantur Regni, vera Majestate carent, quia potestatem suam paulò post deponere necesse habent; ideoque ipsis aliquam Majestatem competere incredibile est; quia quicquid habent, *communicativè* habent; qui verò aliquid *communicativè* habent, nec istius rei domini nec possessores sunt. Supra enim adseruimus, illam tantummodo Majestatem *verè* ac propriè *perpetuam* esse & dici, quæ per se nullis temporum intervallis circumscribitur, quæq; unius Magistratus supereminentis adjunctum inseparabile est, non quæ ex speciali supremi Magistratus indultu, atque ita per accidens existit. *Supremus* est qui super omnes est; summitas enim æqualitatem ordinis excludit: quo argumento & viri cultioris orbis clarissimi nixi, *Polytheismum* refellere solent. Hoc idem indigitavit Alexander M. dicens: *Mundum duobus solibus non posse regi.* Curt. (ψ) Cui consonat illud Bodini: *Unam coronam non convenire duobus capitibus.* I-cap. XI. n. dem statuit Imp. M. Aurel; (ω) *Nullus capitalior hostis est Reipublicæ, quam qui autor est, ut multi in illâ imperent.* (ω) Horol. Et Thesauri Icti: *Duos Praesides esse in eodem senatu non posse, nisi subordinatos.* Huc jam olim respexit divus ille Hieronymus ad rusticum Monachum dicens: *In apibus Princeps unus est, grues unam sequuntur ordine literario, Imperator unus, judex unus Provincia.* Roma ut condita est, duos fratres simul habere Reges non potuit, & paricidio dedicatur. In Rebecca utero Jacob & Esau bella gessere. Nostras etiam hic partes strenuè vindicat, & ipsum

(ψ) lib. IV.
I-cap. XI. n.
22.p.m.217.
(ω) Horol.
Princ. L. I.
p.m.141.

ipsum æterni numinis institutum, quod duos præesse collateraliter potentia, in statu imperfectionis noluit, dum statim lapsis Protoplastis uxorem ad obsequium præstandum viro obnoxiam fecit. Plura hac de re vide, (α)

(α) S. VIII.
hujus cap.
pag. 49. 50.
& seqq.

Summam igitur Majestatem natura individuum esse patet, ideoque in totum reiicienda illa distinctio inter Majestatem *Realem*, qua Reipublicæ esse coævam & vigere sub interregnis, esseque Reipublicæ fundamentum statuunt; & *Personalem*, quam Regi tribuunt, reali tantquam superiori obstrictam: sed ineptè, & ab omni parte profus absurdè, quod hoc ratiocinio evincere tentabimus: *Realis illa Majestas, aut erit superior Personali, aut inferior, aut eidem collateralis seu equalis: non hoc, quia pari in parem nulla competit imperandi potestas, & sine*

(β) S. IX.
hujus dis.
fert. pag.
54. 55. 56.

distinctiæ seu confusione; quia duæ, ut antea dictum, (β) distinctæ Majestates in uno Regno esse nequeunt, quæ contraria eodem tempore velle possent, unde confusum Imperium, rerum omnium eversio, contentiones & dissidium, nullo obedientiam præstante, quod supra plenius. *Si v. Majestas Realis est inferior Personali, sequitur eandem nullam esse majestatem*; ratio hæc est, quia illud supremum non est, quod aliud se superius agnoscit. *Si denique Realis superior sit Personali, sequitur Personalem, seu Regis Majestatem, esse nullam, quippe non est summa, Sequitur ergo necessariò unam esse Majestatem, nempe Personalem, eamque Realem, quia omnes & singuli subditi soli Regi, neminem superiorem nisi Deum agnoscanti, juramento fidelitatis & subjectionis sunt obstrictissimi; utpote qui de illorum personis & fortunis, solus ex plenitudine Majestatis suæ disponit atque dispensat. Subditi igitur cujuscunqve ordinis sint, non citra læsæ Majestatis crimen possunt se pares Regi suo imaginari, cui Homagium præstiterè in certissimum obedientiæ signum,*

Maio-

Majoris evidentiæ ergo hoc ipsum explicare libet piissima Dionis Cassii sententia: Ego verò neque decorum existimo, ut rector Civitatis subditis cedat, neque spem esse ad salutem, si quod parere positum est, velit imperare. Cogitate enim, quis futurus sit ordo in familiâ, si à junioribus senes spernantur: unde sanitas egrotantibus, si non per omnia medicis pareant: quid tuti navigantibus, si plebs nautica gubernantium jussa contemnat. Naturâ quippe id necessarium, & hominibus salutare, ut alii quidem imperent, alii verò pareant. (γ)

(γ) Vid.
Hug. Groc.
lib. I. c. IV. §.
4. p. m. 83.

CAPUT TERTIUM.

De

Virtutibus & officio Magistratus.

§ 1.

Pietas Regna firmat. Memoria mortis Regibus necessaria est.

§ 2.

Voluptas momentanea est, & nusquam sincera.

§ 3.

Castitas vite salus, imperantium decus.

§ 4.

Magnanimitas optimum animi antidotum.

§ 5.

Fortitudo hostium terror, Regni propugnaculum.

§ 6.

Rex cum omnibus benignè & comiter loqui debet.

§ 7.

Prudentia Regni conservatrix & optima tutela,

§ 8.

Justitia firmissimum Reipublice fundamentum.

§ 9.

Præstare minora promissis, aut levitatis, aut infirmitatis indicium est.

§ 10.

Clementia laude Reges Principesque quàm maximè ad Dei similitudinem accedunt.

§ 11.

Literas ex castris mittere sæpius nocet. Eloquentiæ vis maxima.

§ 12.

Religio non est diversum quid ab officio Regis.

§ 13.

Leges ferre & corrigere supremi Magistratus est.

I

Nunc

Nunc quidem promissi memores, ratione methodi a-
 geremus de causis seu ordinatione Magistratus, nisi
 id factum fuisset aliàs (d) Ubi prolixè satis agitur de origi-
 (d) cap. I. ne Magistratus, ejusque summâ utilitate ac necessitate.
 bujus Diss.

Quibus itaque leviter ibi prælibatis, proprietates veri &
 boni Magistratus ordine exponendas nobis in manus su-
 mimus, quæ diversæ à Philosophis & Politicis enume-
 rantur; sed nobis placet easdem trifariam considerare:
 (α) Respectu ipsius DEI, à quo sunt. (β) Respectu ipsius
 Magistratus. (γ) Respectu aliorum, præsertim subdito-
 rum. Respectu DEI duo quilibet verus Magistratus respi-
 cere debet. I. *Supra se*: Sic cogitet se esse à & sub DEO,
 proindeque se obligatum esse ad pietatem & cultum ejus
 perpetuum. Ex omnibus enim mortalium obsequiis nul-
 lum gratius, nullumque acceptius ipsi DEO, pietate &
 cultu sincerè religioso: ideoque sine illo nullius conatus
 felix esse potest. Quod etiam ex Virgilio, Poëtarum Eth-
 nicorum in Latinis Principe, colligere licet:

Est meritò Pietas homini tutissima virtus.

Appositè ad hanc rem & pulchrè satis Proverbium illud
 (ε) *inspice* Svecorum: (ε) Fructa Gudh/är Fredh och Helsing. i. e.
 Grubb. pe- Gudz fruchtan haer wålsignelse medh sig. Hoc idem
 nu Prov. alio proverbio sic efferunt: (ζ) Fructa Gudh gör Landet
 pag. m. 22. (ζ) Di. trngt. h. e. then som fructar Gudh / han boor säfer.
 Aur. p. m. Omnes igitur Christiani Reges Principesq; dictum illud
 Regis Davidis affirmantis: *Regna firmare pietatem*; sem-
 per sibi ante oculos ponant, illud ruminent, meditentur.
 Hinc clarissimè patet: veri & legitimi Magistratus propri-
 um esse, Pietatem & puræ religionis propagationem, ut
 (η) Deut. xvii. 18 19. scilicet juxta regulam verbi divini omnes actiones suas in-
 Jos. I. v. 8. stituat. (η) *Testimonia tua sunt delectationes meæ, & viri*
 Psal. cxix. v. 24. *consilii mei*, h. e. Consilarii mei, h. e. ego omne con-
 silium

filium meum ex illis peto. Insigne pietatis exemplum habemus in *Henrico* Rege Gallia, qui vitam suam sic ordinaverat: VIII horas legebat; VIII. orabat; VIII. dabat corpori & Republicæ. Sedenti ad mensam tres orbes adponebantur, in primo orbe crucifixus, cum lemmate: *Cibus Cordis*: in Secundo liber, cum lemmate: *cibus mentis*; in Tertio panis, cum lemmate: *Cibus ventris*. Supra mensam ejus ex tholo pendeat Alauda cum inscriptione; *Cælum cane, terram tace*. Probè hic notandum, quod alauda, cum in terrâ sedet, tacet, cum volat in altum, canit; unde præclarè ille: DEum lauda, non sicut Alauda, à terrâ te eleva, si DEum laudare cæpisti, ad terram redire noli, ut alauda redit: Justorum enim via crescit, non decrescit. Quàm necessaria sit Pietas in Magistratu, patet: (9) *In at ta Allmogen se at Kunungur allo Höfdinge hafwer sit wäl i Gudz tienst/ of i allo thn Gudi tilhöre / ta hura the / at han är godder och Rätwis i Domom/ Ut häfwom sinom / of äru thes hålder til ludno of alla wirdning. In at swa är skrifwit: Allt hafwer then i rådzjel of wirdning ther Gudi gör hedre of wirdning.* II. *In, circa, & infra* se respicere debet Magistratus; sic exclusis vanis ambitiosisq; cogitationibus, cogitet se non alium hominem esse, quàm qui subditi sunt, sed iisdem prorsus similem: seqve ab illâ lege & conditione, omnibus indictâ mortalibus, non esse immunem, ac propterea in æternum non regnaturum. Quemadmodum gravi voce Spiritus Sanctus alloquitur Magistratus: (1) *Ego dixi, Dii estis, & filii excelsi omnes vos, verùm tamen sicut homines moriemini.* Juxta illud Horatii (x)

*Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas,
Regumque turres, &c.*

(9) Kunungstyr.
p. 149. 150.
B. 4. S. 13.

(1) Psal.
LXXXII. 6. 7
(x) Od. IV.
lib. I.

(λ) *Vid. Hinc Alphonsus* (λ) Arragonum Rex symboli loco prudenter satis sibi curavit depingi coronam, cujus ambitus hanc habuit inscriptionem: *Artifex cudit, Deus ludit, imponendo, deponendo. In fronte coronæ pomumerat Smaragdinum, cum Lemmate: Æstate prodor; Autumno probor; Hyeme perdor. Manus tenens in filo orbis globum, cum lemmate: & tenui pendentia filo. Quare originis atque conditionis suæ memores esse debent Magistratus, omnemque vitam piè & prudenter disporre cum Philippo Rege Macedonum, qui puerum habuit in aulâ, huic tantùm officio destinatum, ut quotidie ad eum ingressus tale quid proferret: Memorare, O Rex, Te esse hominem: hinc Rex miseram conditionem confide-*

(μ) *Stobæus Serm. 19. Ælian. l. 1. digendus. Hoc idem in agone mortis constitutus CAROLUS Rex Sicilia indigitavit, dicens: (ν) O vanas hominum cogitationes! ab miseri honoribus delectamur, & cæcæm. Mich lum negligimus! nondum cæpi vivere, & jam cogor vendi finem facere. Eadem me necessitas involvit, que vilissimum quemque mendicum! Vale igitur terra! sed ab*

(ν) *Lucium utinam liceat dicere, salve Cælum!*

§. II.

Virtutes seu proprietates veri Magistratus, ratione Sui ipsius potissimum hæc esse debent. I. **ABSTINENTIA**, seu Sobrietas. Voluptates enim DEO sunt summè exosæ, quia DEUS casta & sobriamens est; ideoque belluinam istam & immanem hominum in voluptatum deliciis viventium ingluviem, extremo odio prosequitur; illisque Bacchi mancipiis pœnas, tum temporales, tum æternas comminatur. (ξ) Quare cum voluptates DEO nimium quantum odiosæ sint, proinde sedulò fugiendæ, cum maximè ob dictas rationes, tum etiam propterea, quia sunt dolo-

(ξ) *Esai. V. 11. 12. 14. 17. 22. 24. I. Job. 11. 15. 16. 17.*

dolosæ, momentaneæ, & exitiosæ. Quia non sunt mæ-
 ræ, sed dolore mixtæ. Nam tota vita humana est nihil
 aliud, quam γλυκύπικρον, h. e. dulce amarum. Et illud
 quod videtur jucundissimum, est felle mixtum. Voluptas
 umbra & somnium est. Est dulcis & voluntaria infania,
 teste Erasmo. Hinc Sveci: *Wällust är ett sött roserij.*
 Quamvis enim voluptates filiis hujus mundi arrideant,
 ingensque gaudium promittant; tamen veri specie eos
 decipiunt, & dulcissimo fistularum cantu, Sirenium mo-
 re, amatoribus suis insidiantur, eosque incautos cassibus
 suis illaqueant, & tandem in exitium præcipitant. Unde
 Proverbium Svecorum (o) *Wällust gör änger. h. e. Hon*
lychtras medh itt ondt Samwete. Voluptatum appe-
 tentia plena anxietatis, satietas pœnitentiæ. Boët. Non
 incommodè etiam huc respiciunt verba quæ habentur in
 (π) *Kununga of Höfdinga Kulu wara mykit hoffami*
i Mat of Dryk / of etj fölia ofmykit föllifan Lusta i
i sambland Qwinna: th at thr af warda the mykit för
smadde af allom godom of witrom Mannom. Vide hac
 de re etiam egregiè differentem (q)

§ III.

Temperantiæ & Sobrietati Succenturiatur CASTITAS,
 quæ veluti regala quædam humanæ vitæ, ex intima
 cordis cogitatione cupiditatum aviditatem, & volupta-
 tum illecebras rationi subigit, & temperamento quodam
 ad mediocritatem veramq; virtutem redigit; eodemque
 officio in nos fungitur, quo optimus Præceptor in dis-
 cipulum, qui summo studio in id quotidie incumbit,
 ut quascunque erroneas actiones emendet ac corrigat,
 donec illum in virtute & doctrina perfectum reddat. In
 ulteriorem hujus rei evidentiam pervolve (σ)

§ IV.

Indigitatæ castitatis necessitati consideranda succedit

(o) vide Pe-
 nu Prov.
 Grubb. p.
 m. 874.
 (π) Kunū-
 gashyressen:
 pag. m. 147.
 D. 4. §. 9.
 (q) Georg.
 Schönborg.
 lib. II. pol.
 cap. 23. p. m.
 181. item
 Christ.
 Matth.
 Theat.
 Hist. p. m.
 44. & 45.
 (σ) Ku-
 nungstyr.
 p. 85 & 86. D.
 2. §. 67. ut
 & Georg.
 Schönbor.
 l. II. polie.
 ipsa c. 24. p. 85.

ipsa Heroici animi magnitudo, seu MAGNANIMITAS, quâ omnem adversus vim, omnemque iniquioris fortunæ impetum, pectus gerat obfirmatum & imperterritum. Cujus utilitatem vulgato adagio Sveci indignant: (7) **Gödt Modh är halft Ljiff.** Et quidni munus intrepidus obeat, cum in re laudatissimâ occupetur, quo fit, ut nec odium invidiamque subditorum timeat. Unde Sveci in communi Proverbio dicere solent: (v) **Gott swätta sig i reent Worn:** hoc idem aliter sic efferunt: **Gott Samweet är dagligit Giästepud.** Hic locum invenit & illud Ovidii:

Conscia mens recti fama mendacia ridet.

Hinc ergo Cicero dixit: *Nullum theatrum virtuti majus est, conscientia.* Item alibi: *conscium esse sibi in vita sua nullius criminis, multum parit voluptatis.* Vide hæc de re pulchrè differentem, virtutesque Magnanimitatis

(Φ) Lib.
VII. c. XIII.
p. m. 307.

enumerantem Franciscum Patricium: (Φ) *Magnanimus magna præclaræq; omnia agit forti ac invictæ animo, nec luerum mercedemve aliquam expectat, sed solâ honoris ac laudis gloriâ contentus est. Nec contrahitur adversis, nec effunditur letitiâ, nec dolore remittitur, nec nimia cupiditate quicquam appetit. Nec dum fruitur nimis insultat, nec alteri invidet, quia propria virtuti confidit. Magnanimus præ cordis excellentiâ nihil admiratur, nihil enim magnum ducit, quod per naturam fieri possit: servatq; semper stabile judicium. Verus est, nec simulare aut dissimulare nititur, ut majora aliqua minorave esse ostendat. Veritatem sequitur potius, quam opinionem. Palam odit, palamq; amat. Manifestè loquitur, nihil clam agit. Occultare enim veritatem, timidi ignavique hominis esse existimat. Contumaces comprimit, subjectis indulget, exemplo Cesaris, qui post Pharsalicam victoriam dicebat, ni-*

bil

bil se libentius facere, quàm supplicibus ignoscere, & veniam petentibus parcere.

§ V.

Magnanimitatis considerationi subjungenda venit **F**ORTITUDO, quæ omnino in Magistratu requiritur & Rege: *Fortitudo enim est munimentum humane imbecillitatis inexpugnabile: quod qui circumdedit sibi, securus in hac vita obsidione perdurat, teste Senecâ.* (X) Hinc sci- (X) *Epist. cxiii. pag. m. 57.* tē admodum & satis competenter Fortitudinem capes- sendam Regi *Dario*, Regina ejus *Atossa* svadet, ejusdem- que absentiam in marito suo increpat; quam historiam ex Herodoto descriptam *Franciscus Patricius* (ψ) sic or- (ψ) *lib. vii. dine refert: Atossa Cyri filia, ut scribit Herodotus, cum Tit. viii. p. cerneret Darium, quicum nupta erat, molliter ac submis- 310. sē imperare, dum in cubiculo cum eo esset, remotis arbitris, his prope verbis eum allocuta est. Mi Rex; cum tantum opum ac copiarum habeas, cur resides, nihilque dignum tanto Rege moliris? nullam neq; gentem, neque potentiam Persarum addis imperio? Par est enim, juvenem, & tantarum rerum dominum aliquid edere, quo etiam Persa cognoscant sibi virum præesse. Quod ut facias, duabus de causis interest, ut Persa & eum, qui ipsis præest, virum esse intelligant, & bello atterantur, nè per ocium tibi insidias tendant. Nunc itaque aliquod opus edas, quamdiu in etate es juvenili. Adolescente enim corpore ingenium pariter ac vires adolescunt, senescente autem consenscunt, & tunc virtus ad res omnes elangvescit.*

§ VI.

MORUM elegantia etiam Magistratus præditus esse debet, ut sit comis & amœni ingenii, hilarique vultu se omnibus exhibeat, in colloquendo facilis, in compellendo svavis, in respondendo benignus, in omni denique civilitate liberalis magis, quàm parcus. Ita tamen

ut

ut gravitas quædam sit semper admista, & composita Ma-
jestas cum amore, admirationem excitatura. Nimiùm e-
nim se non vulget. Juxta hæc verba, quæ habentur in
(a) Nu Skal Rununge thet warna/ at han se eñ swa
ödmuifr älla ofmykt hemelifr allom mannom/ at
han warder försmadr. En at swa är skrifwit: Af
mykt Hemlikheet gör gärnt Dlydno och Försmälse.

(a) Ru-
nungstyr.
p m. 92. 93
D. 2. S. 76.

§ VII.

Virtutibus, quæ competere Magistratui debent *Ratione Sui ipsius*, ita declaratis, ordo monet, de illis virtu-
tibus, quibus Magistratus *ratione Aliorum*, potissimum *Subdi-
torum*, præditum se ostendet, paucis agamus. Earum itaq; pri-
mam statuimus PRUDENTIAM, quæ in excellenti ingenio, &
acuto judicio, ad res arduas & subitas, non deficiente, ce-
leresque habente motus, consistit. Quæ Magistratus vel
Rex subtiliter argutè & decenter animi cogitata explicet
& proponat, promptè respondeat, & exacto singula ju-
dicio, sive præmeditata, sive incogitata peragat. Ut sit
cautus & circumspectus, lentè festinans, sedulò cuncta
considerans, astutus sine omni dolo & fraude, ne ab a-
liis decipiatur. Vide hac de re hancque virtutem descri-
bentem: (a) Nu then dygd wi kallom witra förhu-
ran i athäswom/ thet är wit of god skipelse i mansens
hug of wilia / of i hans förstandilsom / thön thet rät-
tar of styrer allom hans athäswom til thet got of dyg-
deliktit är. Et in superiori nimirum, (β) de prudentia
verba faciens, eandem Regibus quàm maximè commen-

(a) Ru-
nungstyr.
p. 67. D. 2.
S. 42.

(β) S. 41.

(γ) Ru-
nungast. p.
68. 69. D. 2.
S. 47. 48. i-
tem Christ.
Marsch.

Theat. hist.
pag. 467.

dat dictus autor, hisce verbis: Thet är thön störste of
höpste dygd/ Rununge skal hawa witra förhuran i athä-
swom sinom/ of thet är thön dygd/ thet radr allom an-
drom dygdrom / of styre til thet got är. Vide adhuc
hanc in rem egregiè differentem, (γ)

Prü-

§ IX.

PRudentiam immediatè excipit JUSTITIA, quæ non novit Patrem, non novit Matrem, veritatem novit, personam non accipit, DEUM imitatur, ideoque est firmamentum humanæ societatis. Ob hanc Magistratus dicitur *assecta DEI, caput omnium, Pater & Pastor populi, lex viva, speculum Reipublica; subditorum tutor, Medicus patria; ob hanc deniq; Rex in Regno est sicut pluvia in terrâ, quæ est cæli benedictio, terræ vita, viventium juvamen.* Per justitiam, ceu fortissimum vinculum, Respublica cohæret, cohæret firmiter, cohæret tenaciter; sine hâc illa nihil nisi onus, nihil nisi præda, nihil nisi monstrum, nil deniq; nisi chaos est. Quàm utilis & necessaria sit justitia in omni Regno, facilè colligi potest ex iis, quæ habentur in *Runûga Styrhelsen p. 64. & seqq. fulkomna bet med Gärningom tinom/ at tu see allom til hielp of Tröst/ of ängom til Skada. Ta äst tu rättvis Man/ of halda män tik före rättvisan/ of fylgia tinom athäwom/ of älla tik of hedra medh alle makt sinne. Of um tu wilt rättvis wara/ ta skalt tu eij allenast ängom skada göra/ vthan tu skalt of wärna of förbiuda/ at ängin androm skada göri. In at thet är eij ful rättvisa eij androm skada göra/ vthan thet är et afhald/ eij göra thet orát of olofligt är: vthan thet är ful rättvisa/ hafwa fullan Hug of wilia ängom skada/ of wärna/ at ängin androm orát älla skada göra. Of gör tu swo/ ta ma tu sifr wara/ of gladelika litwa / of sifrelika tina ändalyst bida.* Quod qui facere solliciti non sunt, maturè caveant, nè sibi nihil mali cogitantibus, & omnia fausta, prospera & felicia somniantibus, manus Justissimi Dei appareat, inque pariete hæc fatalia verba exaret (d) (d) *Dan. V. Mene, Techel, Urphasin h. e. Dies vita tue Regnique tui sunt numerati &c.* Exemplum pœnæ ob injustitiam divinitus

v. 30. *Es.* nitus inflictæ habemus in *Belsare* (e) *Senacheribo* (z)
 xiv. 18. 19. *Sardanapalo* (n) *Regibus Assyriorum & Babyloniorum.* In
 20. (z) 2. *Joachazo, Joachimo* (D) *Jechoniâ, & Zedechiâ,* (i) *Regi-*
 (n) *Christ.* *bus Juda: In Romanorum Imperatoribus, Caligulâ* (x)
Matth. *Nerone* (λ) *Vitellio, Commodo, Antonino, Caracallâ* (μ)
Theat. hist. *Heliogabalo,* (v) *Maximino* (ξ) *Valeriano, Diocletiano, Ma-*
 p. 42. (D) *ximiano, Valerio, Maxentio, Licinio* (o) &c. Proinde Reges
Christ. atque Principes sint moniti, ut in statu eminentiæ suæ
Matth. Tn. cautè atque providè ambulent, quò CHRISTO Regi Re-
Hist. p. m. gum, & judici viventium atque mortuorum, morituri
 65. & *Jer. c.* rationem Justitiæ suæ reddere possint.
 xxii v. 18.

§. IX.

(i) *Christ.* *Justitia* comitem sese nunc silit *CONSTANTIA*; quæ o-
Matth. Th. mninò requiritur, ut in omnibus, ita præcipuè in Ma-
Hist p. 66. gistratu, qui hisce in terris typum Constantissimi Dei ge-
 (x) *Diēt.* rit. *Constantiam* quàm maximè Magistratui & Regibus
Auēt. in Tb. commendari patet: (π) *Dygd ther Runungr of Höf-*
hist. p. m. *dinge skal hava / är thet / at han se stadugr i bug / of*
 172. *ordom / of i athåwom sinom. Han skal twara stadugr*
 (λ) *Job.* *of etj hwinkande i ordom of radgård sinne. Han skal*
Iouf. hist. *of etj loswa thet han wil etj halda / ålla han förmå etj*
 Civ. p. m. 6. *of etj loswa thet han wil etj halda / ålla han förmå etj*
 (μ) *Christ.* *halda. Ty at thet är of odugd och omånsta etj halda*
Matth. Tb. *Ord of Loswa sina. Och är bättre minna lowa of tala /*
hist. p. m. *of båttr halda.*
 597. (v)
diēt. Auēt.
Tb. hist. p.

§. X.

(z) *Diēt.* *Constantiæ* veluti sororio vinculo adstricta est *CLE-*
Aut. Tb. *MENTIA*, quæ singulare Imperantium decus est. *Cle-*
hist. p. m. *mentes* igitur esse debent Imperatores, quia Dei hisce
 615. (o) *diēt.* *in terris Vicarii & ministri* sunt; videant quoque & in id
Aut. Tb. *omnes animi nervos intendant, ut quantum in hac in-*
hist. p. m. *firmitate nostræ naturæ possibile, DEO, cujus vices susti-*
 634. (π) *Runngst. p.* *nent, adsimilentur; sed adsimilabuntur* facilè, si molli
 83. 84. *D. 2. S. 64. 66.* *brachio, clementi manu, miti animo suum in subditos*
 exer-

exercuerint Imperium. Debent sanè Principes, Cœlorum instar, benignitatis radiis in populum influere; Patebunt ut specula, in quibus se mundus per Magnatum colloquia, per Legatorum ingenia, per Regum, gentium, civitatum congressus speculatur. Erunt horologia, ad quorum nutum, orbis totus suam faciem componet: Erunt gratiarum horrea, unde haurient gentes Clementia ubertatem: Erunt denique purissima lintea, quæ nes labem tolerant, nec maculam ferunt. Vide hac de re Horolog. Princ. (q)

Lib. III.
c. XXXVIII.

§ XI.

Inter proprietates denique, & virtutes Imperantium seu summi Magistratus, non ineptè reponi posse videtur exquisita literarum COGNITIO (σ) I. *Historia*, quæ Prudentiæ palæstra, & quoddam experientiæ breviarium est, bellicæ & togatæ vitæ optima directrix. 2. *Lingvarum exoticarum*, ejus potissimum, quâ quàm maximè uti solent legati exotici. Interpretem enim, cujus sæpè fides & industria (si sumendus ex iis, qui peregrini sunt) potissimum minùs perspecta, nobis non satis tuta videtur; ideoqve ei arcana concedere periculosum. Lingvarum cognitioni comes addenda 3. *Eloquentia*, cujus beneficio maxima in Rempublicam redundant commoda, præsertim tempore belli. Imperatoris namqve seu Regis oratione erecti milites ardua quæq; intrepidi excipiunt, nec ita auribus illapsi tubarum clangores animos ad pugnam acuunt & irritant, ut incitat & movet ad virtutem & gloriam Regis & ipsius Ducis Oratio, vigorem mentis ad objecta pericula erigit, imò & metu conterritos ac penè jacentes constanti roborat adhortatione. Hinc sagacissimus ille, licet oculorum lumine orbis, Vatum parens, Homerus (τ) Eloquentiam in Ducibus tantopere commendat, cum *Menelai* svavitatem & facundiam, *Nestoris* Flumen melleum, *Ulyssis* vim & gravitatem, in

(σ) Vid.
Christ.
Math. Th.
Hist. p. m.
78. 79.

(τ) Vid.
Suad. Civ.
Joan.
Kwiatkie.
w:cz. p. 258.

signi encomiorum apparatu celebravit. Per Eloquentiam, quam Imperatoribus competere volumus, non illud dicendi genus ex Scholis & Academiis, Rhetorum flo- sculis illigatum, sed civilem & Martialem facundiam intellectam volumus. Et quandoquidem necessitas flagi- tat, ut Imperatores quam sæpissime horrentur milites ad strenuè pugnandum, aut bellum ulterius masculè con- tinuandum (quamvis etiam alia occurrant, ad quæ illos moveat) argumenta potiora desumere potest: I. Vel à *rebus præclare & feliciter gestis*, ac toties fortiter devictâ hostium numerosâ manu. Quemadmodum Gloriosissi- mæ memoriæ GUSTAVUS ADOLPHUS, re & nomine Magnus, Prælium *Lipense* ingressurus, pereleganti O- ratione militum suorum animos, ad fortiter ineundum Prælium, accendit, quæ reperitur Bogislai Philippi à Chemnitz Volumini primo inserta, quam, qui videre de-

(v) p. 170. siderat, adeat dictum autorem (v) nobis brevitati studen-
 171. *inspi* titibus nonnulla verba adducere sufficiat: *Confluximus jam*
ciat itè p. antebac diversis cum eo vicibus, virium nostrarum peri-
 371. 372. *culum erga illum fecimus, & novimus, quid polleat: Non*
 adeo terribilem experti, prout primâ fronte apparet. *Alexan-*
 (Φ) lib. III. *der Magnus quid fecit*, Vid. Curt. (Φ) Vide adhuc Curt. (χ)
 c. 10. n. 4. p. Demitte etiam oculorum aciem in orationes hortatorias
 m. 84. 85. Regis *Darii ψ*) 2. *Ab eventu & spe victoria, præda, glo-*
seqq. item *lib. vi. c. 3. riæq; ingentis*, Imperatores militem adhortari possunt.
 n. 1. p. m. Sic idem *Alexander M. (ω)* 3. *A loci opportunitate, vel à*
 350. *seqq. i-* *necessitate inevitabili* bellandi, eò quod fugæ opportuni-
 tem. l. iv. c. tas præclusa. Vide hæc de re Curt. (α) 4. *A decenti e-*
 14. n. 1. p. m. *lusionem seu extenuationem* periculi, addi potest militum ani-
 234. *seqq.* *mis fortiter pugnandi desiderium.* Vide Curt. (β) *Plu-*
 & lib. vii. c. ra ex-
 7. n. 10. p. *lib. ix. c. 2. n. 22. p. m. 632. & lib. vii. c. 11. n. 8. p. m. 506. seqq. (ψ)*
 481. (χ) *Curt. lib. iv. c. 4. n. 9 p. m. 237. item lib. v. c. 8. n. 6. Sc. p. 314. seqq. (ω) Curt.*
lib. vi. c. 3. n. 16. Sc. p. m. 353. (α) lib. iv. c. 14. n. 7. seqq. p. 237. (β) lib. ix. c. 11. n.

ra exempla hujusmodi orationum Ducum ad milites, qui de-
siderat, consulat Lucan. Curt. Bogislai Oration, quarum
plerasque Causinus congeffit. in (γ)

12. seqq.
pag. m. 630.
(γ) lib. XIII
sue Elo-
quentia,
Test. Job.

§ XII.

L Eviter jam tactis *Virtutibus* Magistratus, consequens
est, ut nunc, juxta præscriptos nobis cancellos, perpau-
cis agamus de *Officio Magistratus*; Quod duplex statui-
mus, nempe *Ecclesiasticum & Politicum*. Hoc negotia
secularia, illud Ecclesiastica concernit; quæ consistunt,
tum in puræ Religionis propagatione & conservatione, tum
in religionis corruptæ piâ & sobriâ purgatione. Ut verò
Religiò eò melius in Regno floreat, Magistratui omni-
nò incumbit, & Scholas ac Academies erigere, in quibus
ea media addiscenda, quibus pura Religio defendi potest,
& animum suum optimâ cognitione rerum Theologica-
rum imbuere. *Quippe ut Majestas sit efficax, lucebunt
in principe cogitatio provida, eruditio Regia, Heroicus
fulgor, calor & vigor: Hoc ascendet, isto vegetet, illo
conservet acerrimâ mentis perpetuò ardentem focum.* O-
mnium igitur verè piorum Regum est, puræ Religionis
curam præferre aliis rebus. Nam (δ) *In hoc Reges, sicut
eis Divinitus præcipitur, Deo serviunt in quantum Reges
sunt, Si in regno suo bona jubcant, mala probibeant, non
solum quæ pertinent ad humanam societatem, verum etiam
quæ pertinent ad Divinam Religionem. Quomodo ergo
Reges Domino serviunt in timore, nisi ea quæ contra justa
Domini sunt religiosa severitate prohibendo atque plecten-
do? Aliter enim servit quæ homo est, aliter quæ Rex est.
In hoc ergo serviunt Domino Reges, in quantum sunt Reges,
cum ea faciunt ad serviendum illi, quæ non possunt facere ni-
si Reges.*

Kwiark. in
Svad. Civ.
p. m. 260.

(δ) Vid.
Augustin.
allegat. a-
pud. Hug.
Grot. del. B.
& P. I. l. c. 2.
S. VII. pag.
m. 22.

§ XIII.

Officio *Ecclesiastico* sic brevissimè pertractato, subsequitur evolutio officii Magistratus *Politicici*, quod potissimum consistit in triplici differentia gradu. Hoc namq; dispescunt *Politici*, in *Legislatorium*, *Judicatorium* & *Vindicatorium*. Quorum hoc in justis pœnis, transgressoribus infligendis, consistit. *Istud* in æquis sententiis ferendis. *Illud* denique in latis legibus vel confirmandis, vel exigente Reipublicæ necessitate, novis sanciendo, legi Divinæ consonis. Officium Magistratus dispescitur deinde in *Togatam* & *Sagatam*, seu armatum. *Illud* in hoc consistit, ut quamvis Magistratus in bellis se armorum gloriam consequi non dubitet, inter tamen quietem & securitatem pacis magis, quam belli negotiis & artibus maximè deditus sit, & inter hominum cœtus & domestica contubernia, *Pietati*, *Iustitiae*, *Humanitati*, *Clementiae* & *Temperantiæ*, totus semper involutus, ut ille cum subditis, & subditi cum illo securam traducant vitam. Hoc in justis bellis suscipiendis & gerendis contra Patriæ & regni hostes consistit. *Iustum*

(e) *Inspice* enim non modò esse debet bellum, sed & justam causam *H. G. de* habere (e) absq; verò cognitione causæ nihil utile vel bello *justo*. fructuosum effici potest. Nam

Lib. III. Frangit & attollit vires in milite causa,

Cap. III. Quæ nisi justa subest, excutit arma pudor.

Veritatem hujus carminis designant *Historiæ* non paucæ. Hoc itaqve nomine causa optimè pensanda, num æqua, vel iniqua? antequam suscipiatur. Hinc non incommodè acutiores *Politici* monent, duo in bello optimè consideranda esse, nempe *necessitatem* & *gravitatem*. Nos autem duplicem belli causam statuimus, *Defensoriam* & *Vindicatoriam*. Et hæc de officio Magistratus perfunctoriè dixisse sufficiat; plura enim de eo differere angustiae Dissertationis, plus justo & nobis quasi tale non cogitantibus excrescentis, vetant.

79 (R)
CAPUT QVARTUM

De

Successione hæreditariâ, ejusq; prærogativâ præ Electione.

§. 1.

Antiquissimus adeundi Imperia
modus successio hæreditaria,
est, & multis seculis ante natum
Christum, & in Sveciâ, & alibi
floruit.

§. 2.

Regnum Sveo-Gothicum hæ-
reditarium fuisse primogenitis
constat.

§. 3.

Errant, qui dicunt Regnum
Sveo-Gothicum primò heredita-
rium factum fuisse Anno Christi
1343.

§. 4.

Defectus Regiæ Prolis sæpe cau-
sa fuit Electionis.

§. 5.

Electio Regum sæpe factionum
tuba & Reipublica everfio.

§. 6.

Regis hæreditarii longè major

cura est de Regno, quàm Electi.

§. 7.

Regis hæreditarii & subdito-
rum erga se invicem amor, & ma-
ximus, & constantissimus est.

§. 8.

Æquales ab equalibus sibi Im-
perium præripi indignè ferunt.

§. 9.

Mulierum gubernatio etiam
felix.

§. 10.

Successionem indigere Ele-
ctione, neque semper, neq; abso-
lutè verum est.

§. 11.

Calidissimum omnis sani subdi-
diti votum, pro perpetuâ Augu-
stissimæ Regiæ domus Svecanæ
incolumitate, nè Regni nostri fe-
licitas iterum vertatur in Electi-
onis malum!

§. 1.

Absolutis ita per benedictionem Divinam, pro præsen-
tis instituti ratione, quæ circa Originem, Necessitatem,
& Definitionem Magistratus, potissimum per successionem
imperio admoti, erant exponenda; Reliquum nunc est,
ut brevibus saltem tangamus illud, ad quod, ceu scopum
pri-

primarium, hæc nostra Dissertatio tendit, nimirum *Hæreditarie successionis* considerationem. Ad hanc igitur, veluti metam nostri laboris, animum cum crenâ convertere lubet, nè aliàs sterilis esse, & nobilissima sui parte destitui adpareat noster discursus. Quamvis autem inter modos legitimè adeundi Imperia, præcis seculis ignotos, à non paucis *Successio* numeretur, & paucissimis vel nullis populis & Rebus publicis in usu fuisse nuncupetur: arbitramur tamen, & jure contra omnes in contrariam sententiam euntes, hunc modum capeffendi gubernacula Republicæ, ab antiquissimis prioribus seculis omni ex parte non modò non ignotum, sed maximè approbatū fuisse, demonstrari potest; ut ex observationibus Historicis supra recensitis (ζ) quadantenus colligere licet, & ex jam dicendis luculentius adparebit. *Primum* quod attinet, asseveramus communissimum hunc esse succedendi modum, & non modò usurpatum à nostris *Sveo-Gothis*, sed etiam ab ipsis *Hebræis*, qui, ceu per media consveta & solennia, Antecessoribus suis quasi hæreditario jure succes-

(ζ) cap. II.
S. 6. p. 45. 47
seqq.

(η) 1. Reg. I. v. 30. serunt. Ut *Davidi* successit filius *Salomon* (η) *Salomoni* verò vita defuncto successit filius *Roboam* (θ) *Roboamo*
(θ) 1. Reg. XI. 43. successit filius *Abiam* in Regno *Juda* (ι) *Abiæ* successit filius *Afa*. (κ) *Afa* successit *Josaphat* (λ) *Josaphato* successit filius *Joram* (μ) *Joram* è vivis sublato successit filius *Abassa* (ν) *Abassiæ* successit *Joas*, non tamen ex familia *Josaphati*, quia erat extincta in *Ahassa*. Patri *Joas* successit filius *Amazià* (ξ) *Amazia* interfecto, eidem successit filius *Asaria* (ο) hic aliàs *Usia* adpellatur (π) *Afa* successit filius *Osia* successit filius *Jotham* (ρ) Huic rebus humanis exemto successit filius *Abas*. (σ) Post hujus obitum Filius *Hiskias*, jure Hæreditario, imperium consecutus est
(τ) *Hiskia* demortuo successit filius *Manasse* (υ) Successio
(φ) 2. Reg. I. 2. Par. XXVI. 3. (ε) 2. Par. XXVII. 1. (σ) 2. Par. XXVII. 9. (τ) 2. Par. XXIX. XV. 1.

cessionem hereditariam etiam *Affryis, Medis, Persis, Egyptiis, Asiaticis, Parthis, Armeniis, Turcis, Indis, Africanis, Tartaris, Arabibus, Muschovitis, Anglis & Scotis*, ceu Electione meliorem, in deliciis fuisse Historiarum documenta monstrant. Hoc eodem modo ad nostratempora usos fuisse *Celtas, Francos, Hispanos, Perusinos, Numidas, Ethiopes*, ex Historicâ fide inclarescit: qui omnes & singuli, Imperatores à sanguine proxime defuncti Regis ortos, jure successionis semper olim & nunc hodieque sibi præfici voluerunt. Sic quàm plurimis seculis Reges per *successionem* habuerunt *Græci, Athenienses, Lacedæmonii, Sicyonii, Corinthii, Thebani, Epirotæ, Macedones.* (Φ) *Curr*
 Hinc Alexander Rex, Successionem Electioni præ-
 ferebat. (Φ) *Hetrusci etiam & Latini Veteres, Reges Jure san-*
guinis scepra adeptos maximè venerati sunt. 1.6.c. III.n. 12.p.m.333.

§ II.

SECUNDUM quod concernit, Historicâ fide & autoritate Screti intrepidè statuere possumus, Gentes *Sveo-Gothicas*, quàm plurimis ante nativitatem CHRISTI seculis, Reges rarè aliter quàm jure sanguinis habuisse. Hoc veritati consonum esse, haud obscurè inclarescere videtur ex Historiâ Gautrec. & Rolf. cap. xvi. ubi *Gautrecus* morti jam jam vicinus in hæc verba erupit: *Eru Pad hier landz log, ad ell dri Kongs son taki riki eptr faudr sin.* Quæ verba juxta prononciationem modernæ Svecanæ lingvæ ita exponi possunt: *Uthi twâr Landz Log är thet så förordnat / at Konungens förstfödde Son effter Fadrens dödh skal ärfwa Riket.* Quo sensu intelligimus (x) il- (x) vide
 lud in Thalmudico titulo de Regibus: *qui præcipuum jus Hug. G. de*
habet in hereditate, is & in possessione Regni: ideo filius I. B. & P.
natu major præfertur minori. Cui lucem fœneratur il-
 lud Herodoti: *Mos omnium populorum est, ut natu ma-*
ximus Imperium habeat. Sic *Artabazanes maximus natu,*
 L atatis

etatis privilegio Regnum sibi vindicabat, quod & ordo nascendi, & natura ipsa gentibus dedit. Huc haud ineptè referri posse videtur nobis, illud Homeri de Regno Cretenſi loquentis:

Noſtrum utriq; ſolum patrium fuit & genus unum,

Jupiter at ſenior rerumq; peritior idem.

Hinc patet modum *ſucceſſionis* eſſe antiquiſſimum, quia populus Regnum voluiſſe creditur, optimo Jure Hæreditario, natis Regibus deferri; eum quippe in finem hæreditarium ordinem elegit, ut omnia in eo felicia, facta firmaque fierent, & devota reverentia conciliaretur ex nativo ſanguine, ut & ex genere & paterna educatione ſpes eſſet certa præclaræ virtutis, & filius Patri ſucceſſens majorem Regni curam gereret, idque cum Incolis animoſius defenderet, Paternæ virtutis & Heroicæ fortitudinis haud degener.

§. III.

Huic veriſſimæ adſertioni noſtræ de *Antiquitate ſucceſſionis*, præter multa alia inſignium exterorum ſcriptorum teſtimonia, diſertis & rotundis teſtimoniis ſuffragantur & calculum addunt longè candidiorem, qui Patriam Hiſtoriam ſcripſerunt. Quos inter haud infimum ſibi vendicat locum celebris ille Hiſtoricus Johannes

(ψ) *lib. II.*
c. 15. p. m. 55.

Magnus; Qui (ψ) noſtræ ſententiæ maximam fidem conciliat, & facit ſvecicè hiſce verbis: *Dch ändoch Regner hade igenom en Urfrått bort inträda vthi Regementet ſtrax effter ſin Faders/ Konung Hundings Dödh/ &c.* Tandem, ob fraudem & injuriam ſibi illatam, decollatâ ejus Novercâ, quæ ipſi Hæreditatem Regni eripere tentavit, & debellatis aliis cum illâ conſpirantibus, Patri jure ſan-

(ω) *Anno*
M. 3031.

gvinis ſucceſſit. (ω) Huic *Regnero* vitâ defuncto beneficio nativitatſ ſucceſſit *Hotbebrotus*, quod liquidò inclareſcit ex Clariffimi cujuſdam viri Chronico de Sveo-Gothorum

thorum Regibus, cujus nomen incuriâ lectorum procul
 dubio in hoc exemplari, quod nobis videre contigit, deper-
 ditum: nihil tamen de tanti viri fide dubii habentibus, pro-
 pria ejus verba transcribere lubet, quæ ita sonant: **Ho-**
thebrot *Ärfde Riket effter sin Fader Regner/ ähr eff-*
ter Werldzens beghnnelse. (α) *Hothebroto* successit filius (α) 3060.
Attilus primus, quod etiam dictus Autor testatur dicens:
Attil *Hothebrots Son wardt Konung effter sin Fa-*
ders dödh/ ähr effter werldenes Skapelse. (β) Huic (β) 3125.
 successit frater *Hotberus* (γ) ei è vivis erepto successit fi- (γ) Anno
 lius *Rodericus*, teste dicto autore simulac (δ) ubi hæc ha- m. 3174.
 bentur verba: **Rodrich** *wardt där effter upfatt till* (δ) *Job.*
Sveriges Rikets Regemente / effter han var der til *Magn. lib.*
närmaste Arfwingen. Inter Reges Gothorum, qui fo- II. *Chron.*
 ris & extra Sveciam regnarunt, etiam communissimus *cap. xxvi.*
 Imperii adeundi modus fuit *Successio*, ut pote constat ex *p. m 69.*
 historiâ dicti auctoris, cujus verba ita se habent: *Recare-*
du *ärfde Riket effter sin Fader Leonegildum, hwil-*
ken förde Rikg emoot Frankertike/ och nederlade der
60000. (ε) Huic morte abrepto successit filius *Luiba*, quo (ε) *An. Ch.*
 per tyrannum *Vitricum* interfecto, Regnum externum *592.*
 Gothorum iterum Electitium factum, quo in statu man-
 sit usque ad Regem *Vitiram*, qui Jure hæreditario post o-
 bitum patris sui Regnum adeptus est, teste sæpius citato
 autore. Ex hisce omnibus & singulis satis superque in-
 clarescit, Reges nostros primis temporibus Jure hæredi-
 tario, tam intra, quàm extra Patriam, Imperia obtinuisse.
 De cætero autem, quamvis curiosè hic disputare non
 sustineamus cum curiosis quibusdam, qui anxiè se tor-
 quent de anno, deque Rege, quo mortuo hæc succeden-
 di ratio mutata sit; nihilominus tamen dicimus, eam in
 Rege Hæreditario desisse. Reperiuntur nonnulli, qui
 putant hoc jus desisse statim post obitum Regis *Amundis*
 sunt

sunt insuper quidam, qui secus sentiunt; *illorum* autem, non *horum* sententiæ nos subscribimus.

§ IV.

Demonstratis ita demonstrandis, jam superest, ut explicetur, quo tempore iterum utrique sexui Regio Hæreditarium factum sit Regnum Sveo-Gothicum; quod (2) unanimi consensu omnium ordinum factum fuisse *Warberga* in Hallandiâ, historiarum monumenta tradunt. In veritatem hujus adsertionis vide ipsa acta comitialia.

(1) *Joh. Mag. lib. XXI. cap. II. p. m. 584.* (2) Subtilibus disputationibus, quibus controversitur, cur non fuerit bonum nostris Sveo-Gothis, ut sine mutatione semper regerentur ab Imperatore hæreditario, consultò supersedemus, quandoquidem certum & planum est ex historiis, tam patriis, quàm exoticis, coactum fuisse populum Sveo-Gothicum, ob defectum Regii sanguinis, eligere sibi Reges; quemadmodum quadantenus probari potest ex istis electionibus, quæ intercesserunt inter Regem Hæreditarium *Rodericum, Germundum* & hujus filium *Haquinum Ringonem*, qui ob varia eaq; heroica animi sui corporisque bona, unanimi omnium & singulorum ordinum consensu, & candido suffragio Regni Hæres factus (3) imperare cœpit. Hujus Regis vitam suprâ nominatus autor celebrat hisce verbis: *Han var en af the förnämste och npersta Konungar/ som the Swenske och någon tiddh för honom årfft hade.* Unde ob pios ejus mores, plurimi scriptorum referunt eum tantâ annorum serie à DEo coronatum fuisse, ut tandem rerum gerendarum curis fessus, senioqve confectus, hos in Rythmos erumperet:

*För ålders skull måste jag i Wagga läggias /
Och som Barn medh Hornspenan dagliga daggias.*
Succeffione igitur Regnum Sveo-Gothicum Imperatoribus delatum fuisse constat, & sæpius quàm *Electione*; quamvis

vis hæc succedendi ratio aliquando, vel vi Tyrannorum, ^{(1) An. 1540}
 vel deficiente Regiâ Prole Patri successura, fuerit mutata. ^{die 4. Jan.}
 Apud nos uno antehac, vel quod excurrit, seculo, sub coro- ^{(x) pag. m.}
 na Sveo-Gothica ex Electivo successivum Regnum iterum ^{120. Slegg.}
 factū est, tempore Regis Gloriosissimæ recordationis Gusta- ^{(λ) A. 1544}
 vi I. ⁽¹⁾ quod patet ex Historiæ Tegels insertis actis co- ^{die 13. Jan.}
 mitialibus ^(x) Hoc ipsum Unio Hæreditaria, Sveticè ^{(μ) A. 1560}
Ursz Föreningen dicta, unanimi omnium ordinum con- ^{die 1. Julij.}
 sensu Arosiæ ^(λ) renovata comprobât. Hoc confirma- ^{(ν) A. 1604.}
 tur in Testamento Gustavi I. Holmiæ facto ^(μ) Statumi- ^{d. 22. Mar.}
 natur in Com. Norcop. ^(ν) Hoc corroborant Decreta Co- ^{(ξ) A. 1627.}
 mit. per plurima ^(ξ) Holmiæ habita ^(o) Ex hisce ergo jam ^{(c) A. 1633.}
 allegatis clarè satis unicuiq; patet, verba illa, quæ habetur ^{1634. item.}
 in ^(π) **Nu är til Konungz Riktit Swerike Konunger** ^{An. 1649.}
swäljande / och ej är swande / longè ab hinc immu- ^{1650, 1654.}
 tata esse, jamque hunc in modum efferenda: **Nu är** ^{1660. 1672.}
til Konungz Riktit Swerike Konunger är swande och ^{1683.}
ej swäljande. ^{(π) Cap. III}
Konung.
D. 2. 2.

§ V.

E Volutis jam præcipuis illis, quæ pro *Antiquitate* &
 confirmatione *Hæreditaria successione* haud inepte mi-
 litare videbantur, nunc de summâ ejus *Necessitate*, mul-
 tisque inde resultantibus commodis, tractandi provin-
 ciam Disputationis pertexendæ series nobis injungit.
 Quoniam autem uterque modus, & *Successio* & *Electio*
 ad Imperium capessendum, legitimus habetur, & à plu-
 rimis variisque gentibus variè adhibentur, aliis pro *E-*
lectionis, aliis pro *Successione* prærogativâ certantibus;
 quocirca perquam difficile erit initio, præsertim utrius-
 que commoda non probè ponderantibus, quæ alteri præ-
 ferenda, dignoscere. Quo tamen certi quid hæc de re
 concludere queamus, utrinque argumenta adducemus

non levicula, quæ imprimis nobis enumeranda veniunt; quibus adductis, *Successionis Utilitas*, adeoque prærogativa verè confirmabitur. Nihil periculi cum Successione oriri quilibet intelliget, si Historias, tam Patrias, quàm exterarum, ipsamque experientiam, penes quam rei firmandæ veritas prævalet, consulere velit. Ubi Successio floret,

(ϑ) vide

Herol.

Princ. lib. xæ,

II. p. m. 536.

ibi nullum interregnum, atque ita nec prodigiosa partium competitio, nec bellorum materies, utpote (ε) rixæ, dissidia, contentiones & bella civilia, quæ oriuntur vel ex ordinum diffensione, si de personâ eligendâ, deq; tempore, modo & loco, ubi id fiet, non concordent; si Eligentium personæ æq; potentes, vota que eorum æqualia, & neutra pars alterius opinionem suæ sententiæ præferri vult; si eligendi, pietatis, Prudentiæ, Fortitudinis, clementiæ, & aliarum virtutum gloriâ æque clari, atque ita Electionem ancipitem reddunt. Uti quidam sapiens, cujus nomen nos latet, dixit: *Dubia est optio, cum de similibus judicatur.* Vel si denique alii Electionem factam nullo modo adprobare velint, si eligendi se sibi invicem opponunt, nixi utriusque partis eligentium

(σ) *Teste votis. Prælatio (σ) enim alterius, sine alterius, coæquandis scilicet, contumeliâ non potest procedere; quia nec eorum p. m. lectio sine reprobatione.* Quid itaque, quæso, aliud tunc ex Electione emergit? quam pestis & penicies concordiæ, conculcatio Justitiæ, fomentum bellorum civilium, unde cætus Imperantium & parentium, non secus ac fumo apes, huc illucque dissipatur, juvenes & senes in factionibus, dissidiis & perpetuis odiis contra se invicem assvescunt, agri deserti lappas & lolia ferunt, commercia & mercaturæ abolentur, latrociniis viæ, silvæ & maria obsidentur, homines innocentissimi pessimè torquentur, & miserè necantur. Cives fortunis spoliantur, urbes evertuntur, omniaque in solitudinem rediguntur;

quod

quod nemini non probè constat, qui vel veterum vel recentiorum temporum Historiam saltem à limine salutavit.

§. VI.

U^Lterius circa *Succeſſionis Hereditariae Prærogativam & Utilitatem* occupatis, non à præſcripto Diſſertationis noſtræ alienum videtur, adhuc fuſius mentem noſtram exponere, pluresque firmandæ noſtræ ſententiæ rationes adducere. Idque tantò promtiùs, quantò minùs curæ & indiſtriæ ab aliis in iis adferendis adhibitum conſtat; quod tamen verè magis & liberè, quàm ambitioſè & jaſtante dictum volumus. Quamvis autem non inviti per conſeſſionem largiamur, non niſi Divinitus conſeſſum eſſe hominibus modum Eligendi ſibi Reges Principesve; Deum tamen Succeſſioni Hæreditariæ Electionem, ceu meliorem, præferendam velle, abſolutè & in totum inſciamur, hoc longè validiſſimo argumento freti & ſuffulti: quia ſucceſſionis benedictionem piorum Regum filiis Deus ipſe ſanctè promiſit, in maximum & ſingulare paternæ ac Divinæ benevolentia ſuæ indicium. (τ) cap. II. vid. Sup. (τ) Novit quippe ſapientiſſimus cœli terræque Moderator Deus, Regem Hæreditarium naturali vi Reſert. §. VI. p. bujus diſſert. §. VI. p.

igno conſeſſum, ſummo ſtudio totoq; pectore, interdium noctuque in id calide incumbere, ut omnia in Regno ejus optimè floreat, idque ideo maximè, quia naturæ lege vel invitus, iis æque ac ſibi ipſi, proſpera ac fauſta quæq; in & poſt exactam vitæ periodum, cupere cogitur, quos ordinatione Divina ex ſua ſtirpe ſuiſque lumbis ſibi ſucceſſores futuros novit. Nam teſte Ambroſio (v) vid. Horol. Princ. lib. II. p. m. 282.

non mediocri munus eſt Dei, dare liberos propagatores generis, ſucceſſionis Hæredes. Hoc enim generi animantium omni à natura eſt datum, ut ſibi ſuiſque omnium optimè & fidiſſime cupiant. Quis igitur hominum, niſi mentis

mentis improbæ, magis sollicitus sit de iis, quæ sibi futuris
isque & ignominia & noxia futura, quàm quæ honori,
utilia & salutaria? quid enim magis naturæ, magis Le-
gi Divinæ, magis honestati, magisque Juri gentium con-
sonum, quàm suæ suorumque famæ & exultationi fa-
vere atque consulere? hæc lege & Parentes & liberos al-
ma parens natura obstinxit. Hinc *Marcus Aurelius* (φ)
filio sibi successuro svasit, inquiens: *unum hoc peto, ut*
præclare te geras erga Rempublicam, nè fama domus mee
in te intercidat. Si enim arrogantia inflatus consilium
meum usurpare nolueris, & tuis innixus consiliis fueris;
antequam carnes mea fuerint à vermibus corrose, tu ab
hostibus vinceris. Non minus piè & severè Gloriosissimæ
memoriæ Rex *Gustavus I.* filium suum *Ericum XIV.* Prin-
cipem Regni Hæreditarium & postea Regem, hisce ver-

(φ) vide
Horolog.
Princ. lib.
III. c. LVII.
p. 893.

(χ) Testa-
mento suo
vide Tegels
historiam
de vita
Gust. I. p. m.
390.

bis in (χ) fideliter admonuit: *Wij befaller honom här*
hoos och så/ at han/ nempe dictus filius Ericus, för alt/
Gudz äbra och hans belige och saligörande Ord/ älska
och förswara skal/ thet menige Rikszsens bästa/ nytta/
tilwårt och förmeering / vthi lifka måtto / som af oss
stedt är / medh troostap/ högsta flit och formågo/ sig
antaga och låta befallat vara. Consimili etiam modo
Philippus Rex Hispaniæ moriens, Philippum III. filium fi-
deliter & paternè admonuit: Tibi hoc assequutus fastigi-
um, quod habui, hujus etiam lecti, in quo me jam vides,
memineris, hic, ut cernis, subsistit omnis Mundi gloria, sic
vive, ut Regem non amittere se Regnum, sed commutare

(ψ) vid. O.
rat. Ext. p.
Mich. Ra-
dau pag.
m. 320.

(ω) vid.
dict. Aut.
p. m. 321.

(ψ) Similem etiam Historiam habemus in Phi-
lippo Macedone, qui morti vicinus ad Purpuratos suos
flentes sibi que adstantes, eos solandi ergo, hæc protulit:
Non moriar, quia Alexandrum, in quo vivam, in terrâ
relinquo. (ω) Nec moramur quicquid contrariæ senten-
tiæ fautores contradicant, probè scientes, quod probi
piique

pii que liberi piorum parentum monitis haud gravatim, morem gerere, eorumque vestigiis tenaciter insistere; juxta illud Ambrosii: *Amat unusquisque vitam sequi parentum.* Huc appositè satis spectat illud Svecorum Pro-

verbium (a) *Sonen tråder gârna i Fadrens Skoor.*

Cui consonum esse videtur illud: *Som the Gamble sunge / så qwittra och the Unge.* (b) Hanc legem &

ratio doctis, & necessitas Barbaris, & lex gentibus, & feris natura ipsa non præscripsit modò, sed & inculpavit, ut

omnia semper commoda, quacunque ope possint, & sibi 750.

suisque adquirant, & in iis imaginem sui repræsentari

studeant; uti pulcherrimè indigitavit, (c) ajens: *In animalibus & plantis naturale est desiderium, quale quodque est, tale alterum relinquendi.* Quod si brutis, omni pro-

pus ratione destitutis, in deliciis est, individuorum suorum perpetuitatem tueri, quantò magis ratione præditis & altissimi Dei typis dulce erit, & memoriam sui, & suæ pro-

lis successionem post mortem expetere. Optima quippe, dicente Diodoro Siculo, Magistra natura est cunctis animantibus, non tantùm ad sui, sed & ad prolis suæ conser-

vationem, ut cognata hac charitate continua successio ad æternitatis circulum perveniat. Hinc, ut verum fateamur, patet, nullum esse amorem magis secundum natu-

ram, quàm caritatem inter parentes & liberos. Nam, *quid dulcius, (d) dixit Cicero, hominum generi à natura datum, quàm sui cuique liberi?* cum quo concordat & il-

lud Taciti (e) *Liberos cuique suos natura carissimos esse voluit.* Proinde extra dubium est, modum adeundi Imperia per *Successionem*, quàm *Electiõnem*, multis modis meliorem, & antiquiorem esse Electiõnis modo, quemadmodum passim testantur Historico - Politicorum scripta, teste

Johann. Adam. Osiand. cujus hæc propria verba: (f) *Aliàs præferunt successionem, ratione antiquitatis, Scripto-*

res

res

res

res

res

res

(a) Vide Grubb. pen. Prov. p. m. 748.

(b) Dist. Aut. p. m.

(c) Arist. allegance Horolog. Princ. p. m. 283.

(d) Testante Horol. Princ. lib. II. p. m. 282.

(e) ibidem

(f) in observ. in lib. I. B. & P. H. G. p. m. 481.

res Politici; tum quia, si profanos & Sacros consulamus Scriptores, Successio prior fuit Electione, & consequenter erit etiam titulus aliquis contradistinctus Electioni: Ex sacris autem hoc ipsum constat, quia Imperantes familiis profecerunt sensim in Reges & Principes, ubi in posteris talium non Electio, sed Successio obtinuit; e. g. in Noâ & filius ipsius, in Ismaëlis filiis, Jobo & aliis. Sic Aristoteles lib. 1. Polit. cap. 1. Regna scribit exorta ex familiis, quibus angusti dominabatur Paterfamilias, sensim transiens in auctoritatem Regis, familiâ ita amplificatâ, ut domestico Imperio concludi nequiret. de Romano Imperio quod annectit non consistit, quasi per Electionem fuisset collatum. Aliud quippe docet Historia, & cœpit demum Electio Anno Domini 1077. constitutione factâ in conventu Forcheimensi, cujus verba addere juvat ita se habentia: Hoc etiam ibi consensu communi comprobatum & Romani Pontificis Auctoritate est corroboratum, ut Regia potestas nulli per hereditatem, sicut antè fuit consuetudo, cederet, sed filius Regis, etiamsi valde dignus esset, per Electionem Spontaneam, quàm per successionis lineam, Rex provenerit, &c. Ex hisce omnibus & singulis satis superque dispalescit, quòd ille, qui per Electionem Regno admotus est, potissimum & unicè hoc agit inter omnia, prout ex Historiis experientiaque manifestum est, ut Regni sibi concrediti, ansâ datâ, Divitias & thesauros in propriam privatamque utilitatem convertat, & posteris suis, quos post mortem in Regno sibi successuros minùs novit, (7) optimè consulat, juxta illud Germanorum, *uns erst / und zu lez / darnach das ge-
meine best.* Probè sciens, Regni per laborem suum florentis incrementa, suis liberis posterisque post mortem non profutura, ideoque ut ut fidelem maximamve, non tamen exactam adeo, candidam & tam indefessam, Regni aliis relinquendi rationem sibi curæ cordique ha-
bet,

(7) Vide
Grubb. pe-
nu Prov.
p. m. 147.

bet, ac naturalis Rex, & jure sanguinis ad defuncti patris solum admotus, cujus votorum summa est, ut filius sibi morituro successurus, Pietate, scientia, virtute, usu & experientia, à rerum peritissimis imbuatur; optimè gnarus verum esse, regem & imperio dignissimum, oculos in Provincias regni & subditos, quorum filius hæres futurus est, defigere, animo semper optimam gubernandi artem discere, & in tranquillitatem regni & salutem omnium benè sibi vivere, qui unice studeat.

§ VII.

Charitas etiam & benevolentia utrinque abundè exoritur, Regis & subditorum, & major & firmior: horum in Regem domi genitum, & beneficio sanguinis talem; illius rursus in subditos tanquam suos certo & veteri jure. Uti pulcherrimè indigitant verba, quæ ita habent (9) *that apti naturlikum stipulsum them Kunungår the hatwår Kunungligt wald medh årsde rad/ swa sum sunr åp- te Fadr ålla Föråldra sina / han hatwer thes mera Kårlek til almoga och sina undidana / at the hafwa tiánt of lydige warit Fader of Föråldrar Hans. Och swa hatwår och Almoge thes mera Kårlek of God wilja til sin Kunung / at the åru vpsödde vndi Lydno of wårjo Fadurs of Föråldra hans.* Melior etiam est *Successio* vel hoc nomine, quia *Electus* & peregrinus Rex nihil quicquam solidè novit de naturâ, ingeniis, & facultatibus subditorum; unde multa mala enata fuisse præterita tempora docent. Nam felici qui successu, & ultrò sineque onere quasi aliquid ad Publicum usum obtineat, simulac Republicam rectè rectorus est, scire ac probè tenere debet, quâ quisque ratione maximè capi adducique possit, teste Plutarcho. Unde Poëta Mart.

Principis est Virtus maxima, nosse suos.

Verissimè enim Ignoratio suorum, quibus imperandum

(9) Ku-
nungst p.
m. 24. 25. B
l. S. 26.

est, ut opinione & spe quis frustretur, ac ceptis saepenumero decidat, in causa est. Quomodo enim Princeps singulis rectè & pro cuiusque ingenio satisfaciatur, vel imperandi modum singulorum moribus decenter accommodet, si peregrinus hac sibi pernecessariâ notitiâ destituitur? quoniam ex eiusmodi ignorantia, motus, convulsiones, & Rerumpublicarum interitus fieri solent. Amplitudinem enim Regni & multitudinem populorum exactè scire non sufficit Principi, propiùs accedat oportet, & in naturam & facultates suorum exactiùs inquirat, ut illos non minùs quàm se ipsum cognitos habeat. Cujuslibet enim Regis maximi interest, subditorum suorum naturam scire & conditionem, eamque potissimùm ex situ sedeque regionis, & ætate, fortuna, educatione colligere, simulac ex vario variarum gentium genio sic animum suum instruere, ut diversus sit cum diversis; quoniam dicente Tacito: *Mitius hunc, aliter alium haberi expedit.* At hoc peregrinus per longa temporum intervalla, nè quidem sine magnâ aliarum rerum negligentia, efficere potest. Natus verò Rex omnia hæc ex primis infantia rudimentis, & ipsis cunabulis addiscere potest, quia parentes, cives, subditi & servi, omnes ac singuli gratiam Regis aucupaturi, referunt, narrant, differunt de loci natura, de temperie aeris, de hujus & illius provinciae ac populi moribus & conditione.

§. VIII.

MAjor præterea est Regis Hæreditarii, & in consiliis inveniendis implendisque solertia, & penes subditos autoritas ac reverentia, quàm Regis per Electionem constituti. Illius adsertionis certitudo exinde patet, quia Electus, vi conventionis & legum, tenetur omnia Regni negotia cum ordinibus conferre, unde ut plurimùm, experientia teste, evenit, ut arcana, uno alteri referente,
vel

vel manifestentur, vel opportunitas rerum feliciter gerendarum per ejusmodi collationem, indeque enascentem moram, opinione citius amissa percipiatur. Hujus veritas etiam firmo innititur fundamento; quia experientia edocti, Scimus *Regem naturalem* h. e. jure sanguinis sceptris admotū, à quocunq; , excepto quolibet infano, cujuscunque ordinis homine Semi-Dei adinstar adorari & coli, idque non ore tantum, sed opere & corde. At *Regem artificialem seu adsumtitivū* h. e. Electum, quem sibi antea æqualem habuere, tam originis, quam fortunæ splendore, non tantum faciunt ac natum Regem; opere quidem timore pœnæ, sed raro ore, rariùsque corde reverentiam declarant, fortunæque ejus infensū, sæpe forsan non impiè minus quam audacter inter se vulgari isto utuntur proverbio (1) **Man kånner fuller Roon som Kalfwen bar**; quod alias sic Svecicè effertur: **Det är intet så länge! Ratten sam öfwer Sundet** (*) Nam invidia obcæcati, debiti sui officii & reverentiæ immemores fiunt; juxta illud Orosii: *In tantum captum cor obligat invidiã, ut rectum natura non videat.* Unde non raro accidit, ut rigidã cervice Imperii jugum subeant, sicut scitè admodum innuebat Dion, inqviens: *agerrimè homines tolerant, sibi à suis æqualibus & familiaribus anteiri.* Cui assonat illud Plinii: *Odiūm ex amulatione avidissimum est.* Ex hisce igitur clarissimè constat, *SucceSSIONEM* Hæreditariam, Imperiorum animam, felicitatis fontem, populi decus, simul & firmissimam Reipublicæ anchoram ac tutelam jure merito salutari censerique. His omnibus accedit & id, quod ipsum meritò in præcipuis habemus, scilicet quòd *succeSSio hereditaria* tacitam videatur involvere *ElectiONEM*, eamque continuatam, & propter virtutem Majorum primùm electorum, in posteris eorumque liberis rationabiliter præsentem, &c. Autoritate etiam plurimorum insigni-

(1) *Vide*
Grubb.
Prov. pag.
m. 513.
 (*) *Dist.*
Auth. p. m.
 81.

(λ) *Spekul. polit. Q. III. p. 33. 34. 35. & seqq.* um virorum nititur nostra sententia, quorum in numero inveniuntur, Leonh. Schritsm. (λ) item (μ) Ad quos etiam avidum hauriendi rationes, præter has nostras, brevitatis studio remittimus.

(μ) *Kipp. inst. polit.*

§. IX.

Lib. I. cap. xviii. pag. 149. 150. & seqq. **D**E antiquissimâ, communissimâ atque maximè naturali, Succedendi adeundique Imperia ratione & consuetudine, nostris quidem rationibus, utut citra omne veræ exceptionis punctum collocata; cùm quosdam Politicos inter nondum perorata lis sit; rationibus ab utraq; parte haud levibus innitentes, spinosam propterea jam sylvam ingrediemur, ut rationes eorum contrarias in lucem protrahamus. In primâ argumentorum suorum a-

(ν) *Esa. cap. III. 4.* cie collocant dictum illud (ν) *Dabo pueros Principes eorum, & pueri dominabuntur eis. & (ξ) Mulieres domina-*

(ξ) *v. 12.* *ta sunt ei: popule mi, qui beatum dicunt te, errant.* Quibus verbis, dicunt, DEUM minari se præfecturum isti Regno, quod ob antegressa peccata odit, pueros & fœminas, qui per successionem, ceu medium puniendi populum, regno admoti, & privatas suas res, & publicas, temerè ac imprudenter administrant, unde mox inter ipsos cives injuriæ, fraudes, & oppressio pauperum emergit; & rursus talem statum excipit partim seditio, partim ἀναρχία, cum neque pueri Reges, neque mulieres reginæ publica hæc vulnera Reipublicæ possint curare. Illi ob tenerriam ætatem, hæc ob impotentiam, inconstantiam, aliasque isti sexui adnatas imbecillitatis species. Præterea et-

(ο) *Gen. III. 16. Tim. II. 12 Eph. V. 22 Col. III. 18. Tit. II. 5. 1. pet. III. v. 1. 1. Cor. XI. 3.* iam non ficulnea contra optimum hunc sexum argumenta desumpta ex sacra pagina adducunt. (ο) Verùm *Resp.* hæc argumenta splendida quidem esse & speciosa, tanti tamen ponderis, ut nostris paria sint, vel eadem infirmare valeant, inficiamur, prout patebit, *οὐδὲ ὅτι*, ex nostris iisdem oppositis solutionibus. Dicimus igitur, illud *Esaia* dictum

ctum; benè & probè intellectum, nobis nihil contraria-
 ri; quia DEUS ibi potissimùm loquitur de pueris, vel muli-
 eribus, *animo non etate*, tam ratione *intellectus*, quàm
Fortitudinis: quemadmodum etiam Aristoteles (π) distin-
 gvit inter adolescentes, *τὴν ἡλικίαν καὶ τὸ ἦθος*. Quod ma-
 lum poenæ etiam ut plurimùm ipsis *Electis* regibus acci-
 dere solet. Neque verum esse potest, quòd ob aetatem regis
 infantilem, ad interitum vergat regnum & respublica. Nam
 Fidelissimi tutores, Regni optimates, summorum Colle-
 giorum Præsides eminentissimi, suam salutem & gloriam
 ex Regii pupilli sui sincera & optima institutione de-
 pendere intelligentes, semper sibi in mentem revo-
 cant, se aliquando & coram DEO, Regeq; Ephebis e-
 gressò, & coram reliquis subditis, accuratissimam & lon-
 gè strictissimam dispensationis suæ rationem reddituros
 esse; DEO de vita, Regi de educatione, & hominibus
 de famâ. Sic ex Historiis constat, Romæ legem fuisse
 sanctissimam, & inde à Consulum initio pro consuetu-
 dine in urbe introductam, ut Tutores omnes de pupillo-
 rum cura & institutione rationem redderent. Hinc pa-
 tet, quemlibet bonæ indolis Tutorem nihil antiquius
 sibi habere, quàm ultrò velle reddere rationem muneris
 sui, quam alias alii reposcerent. Nam dicente Livio,
quid tutò cuiquam, nedum summa Respublica permittitur, (ρ) *Spec. Pos*
si ratio non sit reddenda? Vide Schritsm. (ρ) Deinde reli-
 qua allata argumenta, pro incommodis ex *Succeffione* III. p. 33. 34.
 mulierum resultantibus, militantia, quod satis valida sint? *item Qu.*
 vix credimus, quia fœminæ, quas DEUS Natalium jure I v. à p. 49.
 in supremo Majestatis terrenæ throno collocandas cle-
 menter voluit, non minùs ac viri omnibus Imperatoriis
 virtutibus à DEO condecorari possunt. Nam ut Seneca (σ) *de Ben.*
 (σ) verba nostra faciamus: *Nulli præclusa est virtus,* o-
mnia patet, omnes admittit, omnes invitât, non eligit do-
mum xvii. p. 672

(π) lib. 7.
 Est. c. 1.

(ρ) Spec. Pos
 lib. Quast.
 III. p. 33. 34.
 item Qu.
 I v. à p. 49.
 usq; ad p. 62

(σ) de Ben.
 lib. III. cap.
 xvii. p. 672

munda, nec censum, nec sexum. In majorē hujus rei cō-
 titudinē volumus adducere exempla, tum sacra, tum pro-
 fana. Quorum primò recensenda Sacra: I. Nitocris Re-
 gina, genitrix ipsius *Belsaris*, deficiente omnium sa-
 pientum apud Regem consilio, prudentissimè dixit, vo-
 candum esse Danielem (τ) 2. *Hulda* Prophetissa saluber-
 rimum consiliū dedit Regi *Josia*, de Religionis reforma-
 tione instituendā, deqve pænitentia agenda (υ) 3. *De-*
bora Prophetissa erat Judex in Israel. (φ) Unde vocata
 Mater sive Matriarcha in Israel. In profanis Historiis pul-
 crum & memorabile exemplum nobis subministrant ma-
 sculæ mulierum res gestæ. Sic *Semiramis* admirandæ
 fortitudinis Regina fuit, quæ in *Chaldeos* & *Affyrios* per
 XLII Annos Imperium tenuit. *Thamyris* Regina Gotho-
 rum, mortuo marito, *Cyrum* Regem potentissimum ca-
 ptum, unā cum 200000 Perfarum, trucidavit, adeo ut
 neque tantæ cladis nuncius superfuerit. Caput Cyri in
 utrem sanguine humano impletum conijci Regina jusfit,
 cum hac exprobratione crudelitatis ejus: *Satia te Sang-*
vine, quem sitivisti; cujusq; insatiabilis semper fuisti.

(τ) Dan. V.
 10. 11.
 (υ) 2. Reg.
 xxii. 15. 16.
 (φ) Jud. iv.
 4.

(χ) *in sp.* (χ) *Amazones* fœminas, quis Imperatorum mundi non
 obstupuit, quæ totum ferè terrarum orbem bello vasta-
 runt. *Artemisiam* Cariae Reginam, cum potentissimus
Xerxes strenuissimè videret contra se pugnare, milites ve-
 rò suos contrà longè timidiùs, hanc in vocem erupit:
O Jupiter, Jupiter, ex viris mulieres fecisti, & ex mulie-
ribus viros. Quid dicendum de Angliæ Reginâ, quæ ad
 miraculum usqve doctissima, prudentissima, & bellico-
 sissima fuit. Cum potentissimo Hispanorum Rege bel-
 lum navale inivit, ubi inter plures naves victas, unam
 Prætoriam cepit, cui hoc distichon inscriptum erat: *Tu*
que Romanas voluisti spernere leges, Hispano disceas sub-
dere

(χ) *in sp.*
Justin. lib.
I. & Herod.
lib. I. item
Joh. Mag.
lib. III.

dere colla jugo. Sux igitur navi victricis eosdem versus, ex obtentâ victoriâ paulò immutatos, inscribi mandavit:

*Tu qui Divinas voluisti spernere leges,
Examineo discas subdere colla colo.*

Plura exempla, cui hac de re videre volupe est, inspicat (ψ) reliqua dicta quod concernit, sciendum ea loquide *potestate maritali*, quâ mulieres virorum suorum voluntati morem gerere tenentur.

§. X.

Colligunt præterea, *Successionem* vanam esse, quia deficiente prole, ad *Electiōnem* recurrendum est. (ω) Nam quod nascendi fortuna dedit, id moriendi necessitas aufert rapitque. Sed hinc nihil minùs evincitur, quàm frustraneam esse *Successionem*; longâ quippe experienciâ edoctis constat, per plurimas inveniri res, quæ in casu necessitatis, & modo quasi extraordinario introductæ, apparent immutæ, cum nihil minùs tales sint; nam extraordinarius modus, neque evertit, neque justo suo pretio spoliatur modum ordinariū. Quod exemplis, bono cum DEO, in Cathedrâ demonstrabimus. Neque veritati semper consonum est, quòd in defectu prolis inevitabiliter recurrendum ad *Electiōnem*: potest enim Rex ob virtutem, Fortitudinem & ingentia merita, Imperium obtinere citra Eligentium vota. Sic Glor. Record. Rex Gustavus I. Rex Hæreditarius factus fuit. Hinc unâ cum Bodino gravissimè hallucinatus est Christ. Liebenthal (α) Sic etiam in Gloriosissimæ memoriæ regem Carolum Gustavum jus regnandi Hæreditarium, ad vota omnium, devolutum est. At objiciat quis, neminem sceptrâ adipisci posse, sine confluxu regni ordinum, sine præviâ eorundem approbatione, sineque coronatione solenni, ideoque sequi, quemcunq; modum adeundi Imperia esse Electivum. Sed negamus hoc: nam coronationi seu gu-

(ψ) *Christ. Matth. Th. Hist. p. m. 116. 157. itē System. e. judē Pol. p. 279. 280. nec non Syst. Erb p. 271. 272. itē Leonb. Schrit. Spec. Pol. Q. 4. p. m. 56 57. 58. & 61. Just. Lipl. pol. lib II. c. 3. à v. 6. usq; ad 18. (ω) Liebent. Coll. Polit. p. 315. & seq.*

(α) *Colleg. Polit. p. m. 316.*

bernationi summi Magistratus in benevolentia & Clementia sua signum, quasi quandam Electionem sive confirmationem ordinum Regni, præcedere patiuntur. Ut exempla in Patria ostendunt. Nec veritati consonum, jus succedendi ipsâ morte tolli, morte enim in sanguine proximum devolvitur; non est quippe Majestas illa pura puta Personalis, ut cum persona intereat; sed profus realis, quæ à persona in personam transit: mors tum demum hoc jus solvit, dum nullus hæres superstes sit, ad quem traducatur. Rarissimè etiam accidit, ut tota stirps emoriatur: Probo enim Magistratui Deus secundum promissionem benedicturus, eum nativitate liberorum abundè coronat, in perpetuitatem Regii Throni, in salutem regni, in exemplum aliorum. Neq; hac in re de Dei T. Opt. Maximi Clementiâ dubitavit sapiens ille Ethnicus Seneca

(β) *Vide* (β) *in*quiens: *providit ille maximus mundi Parens, cum tam rapaces cerneret fati minas, ut damna semper sobole repararet novâ.* Quibus verbis scitè admodum indigitavit ipsius Dei summam Providentiam & omnipotentiam; juxta illud Lini (γ)

(γ) *Insipice* *Γάδικα πάντα Θεῷ τελέσαι καὶ, ἀνήνυτον ἔδεν.*
Gnomol. *h. e. Facilia omnia DEO factu sunt, & impossibile nihil.*

Nicol. Sa- Sicut enim dies hic vel alius, oculis licet nostris subducatur, ita tamen non interit abiq; quin primo diluculo per alium, favore Cœli sibi quasi successurum, redeat; consimiliter etiam Princeps moriens oriturus per sobolem, vitam Regnumq; non amittit, sed & illam & hoc, per prolem jure nativitatis succedentem, repræsentat. Hisce unâ cum

(δ) *Colleg* iis, quæ superius simpliciter dicta sunt, probè observatis, *Polit. Pag.* facillimo negotio solvuntur & enervantur argumenta, quibus maximè fretus *m. 314. 315.* Christ. Siebenthal / successionis modum *(ε) Leonb.* noxium esse non veritus fuit statuere (δ) Plura contraria *Schrit. in* argumenta, eorumq; solutiones, vide apud Autores (ε) *Spec. pol.* *Qu. 3. pag.*

30. 31. & Just Lips. Pol., Lib. 2. Cap. 3. An. 6. uq. ad 18;

Hæc, pro ratione propositi, de præsentis omnium nobilissimo argumento, rudi licet, candido tamen calamo oreq; dixisse sufficiat: Cujus meditatione si nihil aliud effectum, id tamen didicimus, conditionem nostram valde miseram esse, imò miserrimam, sine summo Magistratu Hæreditario. Quam ob causam Regi Regum, & Domino Dominantium, ex toto pectore, totaque animâ devotissimas reponamus gratias, quòd ab incerto & Electio Regno, tam utile, tam salutare, tamqve gratum, imò longè gratissimum Regnum Hæreditarium Patriam nostram dulcissimam fieri voluerit. Unde dudum gavisus, & etiamnum gaudet orbis Christianus, gaudet universa Svecia, gessit Finlandia, lætatur Regni Metropolis Holmia, lætitia exundat, quicquid vivit & movetur. Ne verò hæc gaudia, hæc bona, hæc læta, hæc dulcia, beneficio successionis enata, nobis nihil tale cogitantibus, aspera fata, ob impietatem in DEUM, in Regem, in Principalem domum Sveciæ, properent intervertere, nostrum est summa animi curâ & pietate maturè prævenire. Nos igitur cum reliquis, reliqui nobiscum pia vota, ardentia suspiria in Cœli contubernium indies deferamus, cernui dicentes: Det Deus Ter Optimus, Ter Maximus, Serenissimo & Potentissimo Regi CAROLO XI. Patriæ totius optimo Parenti, Orbis Arctoi delicio, Patrocinio Svedici Imperiî validissimo, & amore subditorum sempiterno omnium dignissimo, longissimum vitæ curriculum, & prosperos ultra vota successus in omnibus rebus, ut DEO pia reverentia, bonis artibus justum præmium, sapientiæ honos, Templis Religio, Patriæ dulcissima pax, legibus vigor vel melior correctio, judiciis debita autoritas, virtuti æstimium, vitiis repagulum, agris cultura, Regno securitas, subditis salus, seculis ornamentum, Imperiis fulcrum, Thoro aurea concordia, oppressis tutela, calamitosos solatium

latium, egenis subsidium, & justum cuiquè rerum suarum debitum, in univèrso Sveciæ Regno, ejusque Provinciis, cedat atque contingat! Protegat insuper DEUS Serenissimam Dominam HEDEVIG ELEONORAM, Regis nostri genitricem, REGINAM nostram Clementissimam, eamq; felicissimè salvam ac incolumem, ad vota omnium, diutissimè terris superesse sinat! Reginam etiam Serenissimam, ac Clementiæ laude undiquaque condecoratissimam Dn. UDALRICAM ELEONORAM, *Matriarcham* Sveciæ mitissimam, *Augustissimam* Regis Augustissimi Costam, in annos benè multos omni ex parte sospitem & florentem, mortalium cœtui interesse clementer jubeat, animumq; ejus Spiritu sapientiæ impleat, quo pietatis ipsius fructu, justitiæ exercitio, Patrocinii ope, munificentæ præsidio, omnisque virtutis Heroicæ splendore, Patriæ fines, sedes Musarum, Doctorem pulpita, ipsæ literarum Palastræ, & Religionis officinæ, feliciter surgant, optimè crescant, diutissimè floreat! Det denique DEUS ex alto, unà cum Augustissimis Parentibus Regiis, cumque fororibus Serenissimis, Principi nostro Hæreditario CAROLO XII. Spiritus sui dona, Virtutem ac fortitudinem, ut cum Pietate & sapientiæ incrementis, quibus ad æternitatem laudatissimè contendit, indies assurgit, & uberrimè succrescit, olim solio feliciter admotus, umbrâ alarum suarum divites & pauperes tegat & foveat, & debiliores contra validiores protegat & defendat, & fructuosissimæ arboris adinstar, flosculos Regii sanguinis circa Thronum suum in æternum felicissimè expandat, ut solis adurentis æstus, hoc est, injuriæ quæque hostium omnium masculè arceantur, & Regni Incolæ optimè floreat interius, & maximè tuti sint exterius. His nostris & aliis, quæcunque sint totius Arctoi nostri Orbis, omni animi fæcio vacuis votis, faustum addat pondus rerum, omnium Moderator sapientissimus DEUS, *ex quo omnia, & per quem, & in quo sunt omnia! Ipsis gloria in secula! Amen!!!*

